




37A

C.B. 1606568037

FF

FRXVII/66



DIRECTORIVM  
ADVOCATORVM.

*Et de Privilegijs eorum.*

AU TORE BENEDICTO ÆGIDIO  
Lusitano Pacensi, in suprema Lusitaniae Sup-  
plicatione causarum advocato.

AD ILLVSTREM, ET GENEROSVM D.D.  
Vincentium Nogueiram Ecclesiæ Metropolitanae Olyssiponensis Ca-  
nonicum, summi Pontificis in utraq; signatura Referenda-  
rium, sacra Cesarea Majestatis Consiliarium; apud Ca-  
tholicam Majestatem Regium in summo ordine;  
Equitem, & Senatorem; Leopoldi Austriae  
Archiducis Cubicularium.



*Petrum Graesbeeck Regium typographum 1630*  
*Cum omnibus facultatibus necessariis.*

OLYSIPONE.

*Apud Petrum Graesbeeck Regium typographum 1630*  
*Cum omnibus facultatibus necessariis.*

# AD OVCA

24 VNO OT

ANNO MDCCLXVII P. 12

CICIOE ODEIS A FUGATUA  
CUM TERRIBUS LAMINIS INFERIS  
PROPE CEREBRIS HOC CLOTHES.

EGO ANTIKHO TE UNTAECI CE  
ACCEPTE QVI DILECTUS EGO QVI  
INTER DICRAE EGO NEMUS HABEAT  
ALBICERET. CONVIVIA TUA EGA  
SUBLI ET QVI DILECTUS EGO QVI  
ALBICERET. CONVIVIA TUA EGA

ALBICERET.



AD OVCA

LEGI CUNDI REGI CUNIGI DEDICATU CUNIGI  
QVI ALIUM ADIUVAT IN DILECTO MEO

## L I C E N C, A S.

P Ræuidi librum hunc, cuius titulus est, Directorium ad  
vocatorum, & de eorum priuilegijs: nihil continet fidei,  
aut bonis moribus repugnans. Imo est opus utile, ideoque  
dignum esse quo typis excudatur. Vlyssipone in do-  
mo S. Rochi societatis I E S V 7. Ianuarij 1620.

D. Iorge Cabral.

V Ista a informação, pode se imprimir este liuro, cujo  
titulo hc, Directorium aduocatorum, &c. composto  
pelo licensiado Benco Gil aduogado da casa da Suppli-  
cação, & depois de impresso corne a este conselho pera se  
conferir & dar licença pera correr, & sem ella não corre-  
rá. Lisboa 9 de Janeiro 1620.

O Bispo Inquisidor geral.

Pode se imprimir este Directorium aduocatorum, vista a li-  
cença que traz do Santo Officio. a 17. de Janeiro de 620,  
Viegas.

P Ode se imprimir este liuro vistas as licenças que offere-  
ce do Santo Officio, & do Ordinario, & antes decorrer  
tornará a esta mesa pera nella ser caixado. Em Lisboa a  
4. de Fevereiro 620.

F. V. Pinto.

I. Ferreira.

**C**onferi este liuro impresso com seu original,  
está conforme, pelo que pode correr. Lisboa  
nesta casa de S. Roque da Companhia de Iesus 30;  
de Abril de 630.

*D. Jorge Cabral.*

**T**áxão este liuro em cento & cincoenta reis em  
papel 26. Abril de 630.

*Pimenta Dabreu. 1 F. Salazar.*

# ILLVSTRI ET GE- NEROSO DOMINO D. VINCEN-

tio Nogueiræ Ecclesiæ Metropolitanæ Olysi-  
ponensis Canonico, Summi Pontificis in utraq;  
signature Referendario, sacræ Cæsareæ Majesta-  
tis Consiliario, apud Catholicam Majestatem  
in summo ordine Equiti & Senatori, Leopoldi  
Austriæ Archiducis Cubiculario.

VM per tunc insperatum, nobis cer-  
tè valde immaturum fratris nostri  
Benedicti Aegidij obitū vltimus hic  
illius fœtus periclitaretur, deq; abortu-  
timendum foret; nobisque tantum  
patroni electio relinquetur, cuius auspicijs auspi-  
catò in lucem prodire deberet: occurristi illico edi-  
turi entibus, Vir maxime, veluti currentibus calca-  
ria addens; dubiaque mente vacillantibus obviā  
liberalitate tua ivisti. Aptè igitur nos te Mæcena-  
tem adsciscere suasere, & cōmunes causæ, & private:  
cōmunes quidem; quia præclaras fortunæ naturæ  
virtutisque dotes, quæ per alios dispersæ inveniun-  
tur, in te cōjunctas suspici nemo non fatebitur.  
Est tibi namque sanguinis nobilitas, majorumque  
splendor; est doctrina, & ad miraculum rarissima  
eruditio; est liberalitas maximumque de omnibus,  
in primis literis literatilque, benemerendi studiū;

## Epistola

est denique benignitas, affabilitas, comitasque urbanissima. quæ omnia cum sint cunctis in Hispania, Lusitaniaque nostra notissima, referre superfrontaneum duceremus, & modestiæ pudorique tuo moré gerentes, & nostræ in dicendo tenuitatì consultum eentes; ad exemplum celebris, illius pictoris, qui velo inumbravit quod penicillo æquare desperabat; nisi nos vel breuissimè attingere cogerent, & gratitudinis ratio, & gratia exterorum; in quorum forsitan manus Syntagma istud deveniet, qui jejunitatem accusabunt nostram, & altum silentium de viro, cuius saltem nomen ipsis ignotū esse neutiquam potest.

Nogueiræ familiae vetustissimam nobilitatem vel hinc arguere liceat; quod scilicet irruente ante quingentos annos in Portugalliam Henrico Burgundo primo Portugaliæ Comite, primi Regis Alfonsi patre ad illam ab Arabum manu vendicandam, inter cæteros Gotthicæ sanè stirpis Regni Legionensis Gallaicique ad id operis delectos Heròas, majores tuos viros iam tunc clarissimos secum adduxit: quorum res gestas præmijs Regijs suisdecoratas ante annum 1212 ex publicis & indubijs Regis & Regni monumentis constat. Ab his igitur per quatuorcentum, & amplius annos continua & numquam antehac rupta serie agnatio tua & genus deducitur tuum: quod, proh dolor, necessario humanitatis fato in te jam nunc penitus interibit.

## Dedicatoria.

ribit. Manebit tamen inter posteros, dum literis  
dum armis honos, Nogueitarum procerum grata  
memoria. Vix enim, ac nec vix quidem progenito-  
rum tuorum unus invenietur, qui vel in sago, vel  
in toga, non fuerit patriæ suæ alicui decori. Posse-  
musque meritò putare familiam hancce bono pu-  
blico natam, & seivatam desinere, & finire; quan-  
do desinente ipsomet bono publicares, si nondum  
præceps, ruinam certe maximam minitatur.

De tua doctrina, & eruditione fortasse nobis sa-  
tiùs nulla quam pauca dicere: decantarentur qui-  
dem, & prædicarentur ab omnibus, nisi cunctis vir-  
tutibus exosum sèculum præsens illas tanquam  
vitia oderet & insectaretur; injuriamque propriam  
unusquisque putaret alienam gloriam celebrari.  
Audiat tamen, vel fremente invidia, literarius cœ-  
tus singulos in quaque professione doctissimos vi-  
ros mirari, quantum in sua profeceris. Solemne e-  
nim tibi, quod plurimis desuetum; cum quoquam  
de sibi tantum cognitis agere, & disputare: idque  
tam Socratice tantaque modestia, ut illorum ani-  
mos fortissimo amoris nexu tibi devincias. Ave-  
bit forsitan quispiam illorum, qui te minimè con-  
venerunt, scire; cui demum scientiæ linguæve te  
addixeris? cui uno verbo respondebimus: F E R E  
O M N I B V S. in illis enim appares, alter Picus  
Mirandulanus, dictus sui ævi phœnix: in istis alter  
Mithridates. Quid namque in Philosophia, quid

## Epistola

in utraq; jurisprudentia, Arithmeticā, Geometriā,  
Astronomia, Musica, Geographia, Nautica, Historia,  
Chronologia, Politica, humaniori Encyclopæ-  
dia tibi ignotum? nec Theologiæ, aut Medicinæ  
planè es expers: astillarum dogmata tamquam ab-  
strusiora sapienter vitans, omnem ex illis gloriam  
deprecaris. Tuum in linguis studium est sanè por-  
tentosum: Hebræorum siquidem doctissimi te tā-  
tum Hebraicam Chaldaicamq; callere existimant;  
hoc de alijs vix æquè credunt: idem Græci de sua,  
idem Arabes: vulgarium Italicæ Gallicæq; prout  
ipsimet indigenæ: Germanicæ utcumque peritus,  
Turcicæ Perlicæque non omnino es rudis. Quibus  
meritis numquam tibi Hispania egresso maximi  
Christiani Orbis Monarchæ primarios ultrò ho-  
nores detulere. Summus enim Pontifex Paulus V.  
Præsulum ordini te adscripsit Referendarium suū  
constituens, alijsq; favoribus prosequens, quos san-  
ctissimi successores hodiéque exsequuntur. Ferdi-  
nandus II. Augustissimus Imperator in suorum no-  
bilium consiliariorum numerum te retulit. Ludo-  
vicus XIII. Francorū Rex Christianissimus literis  
amœbæis ijsque nimisquam honorificis, te excœ-  
luit. Iacobus I. magnæ Britanniae Rex, pro suo in  
literas literatosque ardenti amore vehementer te  
sibi adstare peroptavit; referente summæ fidei te-  
ste (quicum de hoc sœpè familiariter egit) Illustrissi-  
mo Comite de Gondomar D. Didaco Sarmien-

## Dedicatoria.

to de Acugna Hispanico legato, intimæ admissio-  
nis amico. Idem reliquorum Principum de te ju-  
diciū rogati benignè testarentur Serenissimi Maxi-  
milianus Rheni Comes Palatinus Elector, utriusq;  
Bavariæ Dux; Leopoldus Austriæ Archidux; Col-  
mus II. magnus Heretrix Dux; sed & alij. Et (quod  
veluti Colophonem extremo loco servavimus) in  
aula educatus Philippi II. & III. dominorum nos-  
trorum Regium puerum agens, dehinc Equitem,  
in supremæ tandem Lusitanicæ Supplicationis Sena-  
tum minorenis adhuc ab isto affectus, opere tuo  
ostendisti inveniri quandoque in juvenibus canos  
sensus hominum.

Liberalitatem tuam erga cunctos experiuntur  
quotquot illa indigent; non vulgarem fortuitam,  
& trivialem; at aptam illam; & eruditam ex mente  
Philosophorum; & in primis Senecæ: cuius de be-  
neficijs doctrinam inire genio quadrantem tuo  
ita imbibisti, ut semper sit tibi in ore, semper in  
opere. Quamvis enim in re tentui, immo pro gradu  
& splendore tuo tenuissima, tam concinnè das, ut  
divitem te esse accipientes putent, & asseverent.  
Iam erga doctos, vel aliquo merito insignes viros  
larginiones tuas, profusiones iustius quis appellat:  
illos enim veluti credidores, quibus omnia tua de-  
bentur, aspicis; proindeque te patronum libentis-  
simè sibi vendicant: & quemnam rectius? quam  
qui ita à natura est formatus & comparatus, ut be-  
nefi-

*Epistola*

neficium se accepisse existimat, cum bene confert.

De benignitate affabilitate comitateque tua,  
& insigni animi moderatione longius nobis agendum foret, si per locum liceret: at illius anguitæ progressum inhibent, cessationem imperant, & nos omnino coercent, ac si tibi laudes invidarent. illud tamen vel cursim minimè censemus omitendum: hasce virtutes tantum tibi locum Matriti in Regia, tantum tibi æstimationis, & existimationis apud Satrapas & Magnates Hispanicos conciliasse, ut maxima secùm æqualitate (quod paucifimis, etiam speciosis titulis fulgentium tribuunt) te dignarentur: idque non ullius muneris, nec ullius officij adulatorio intuitu: si quidem jam tunc Musarum, & secretiorum studiorum amore te spōte præclarissimo Magistratu, post sexennium laudatissimæ functionis, abdicaveras; renitente ferè Regum Maximo Philippo III. frementibus certè purpuratis, & tantam liberæ mentis magnanimitatem ægrè ferentibus: quinetiam majorum Principum illic legati tuam in privata fortuna amicitiam ita ambibant, ac si negotiorum suorum expeditio à te uno penderet. Qued omnes qui sapiunt genij tui beneficæ naturæ solum acceptum ferunt.

En cōunes causæ, ob quas recte sibi consulet quisquis illustrissimum tuum nomen, tamqua nobilem prospectum, libris suis ob oculos posuerit,

## Dedicatoria.

rit, & veluti vestibulum ante ipsum. Privatas jam nostras tu omnium optime, Vir maxime, nosti ut illarum autor: tu enim defunctum fratrem nostrum benignissime inquisisti ; tuam ei amicitiam primus obiulisti ; Senatorem agens illi coram te advocate amicissime favisti; muneribus denique illum & nos prosequutus es, nullam de humilitate nostra benemerendi occasionem prætermittens. Hoc ille vivens nobis quotidie testabatur; hoc etiam moriens. sed & scriptis suis sumimum erga te amorem, & observantiam testatam reliqui set, ni viro piissimo altè insedisset nulli mortali opera sua dicare; quin potius Deum Optimum Maximum, immaculatam Deiparam Virginem Mariam, aliosque Cælites etiam hoc religiosi cultus genere velle sibi demereri : quod neutiquam ipsi nunc fraudi fuerit. Accipe igitur benigna fronte hoc tui clientis extremum pignus, de quo nobis porrò benemereri perge. Vale Mæcenas, & seculi delicium. Olyssippone ipsis Eidibus Martijs anni 1630.

Defundi sorores ex aſſe bæredes.

# BENIGNO LECTORI.

**N**T E R aliquot doctrine & laboris monumenta,  
que edenda reliquit frater noster Benedictus Aegi-  
dius, non minimum locum obtinere meretur com-  
mentatio ista advocatos dirigens & illorum privi-  
legia pertractans: sperabat siquidem magnam ex om-  
nibus in foro versantibus gratiam adquisiurus; quippe qua, lon-  
go advocationis usu scopulos & syrtes diu multumque expertus  
non minus patrocinantium quam clientium commodis prospexit-  
set. Quicunque igitur palmaris illis, & eruditissimi eiusdem  
autoris libris: Ad l. ex hoc iure ff. Iustit. & jur. ad l. Titiæ  
si non nupserit ff. Condition. & demonstr. ad l. i. C. fa-  
ctos. Eccles. & de privilegijs Honestatis: Impense favi-  
sti, eadem benevolæ favoris aura opus istud prosequere; non novi-  
tij ac tyronis, sed veterani, & in hac militia omnino emeriti: sic  
enim efficies, ut ex defuncti schedis consilia in magni momenti  
causis ad proximam utilissima, ut publicentur, depromamus: Ad que  
nos incitat prompta, & effusa liberalitas clarissimi & omnium sa-  
culorum memoria dignissimi Heronis D. D. Vincentij Nogueira  
patrocinium minime defugientis; imò nobis magnificè illud of-  
ferentis, & obtrudentis: quod te lector ignorare minime oportuit.  
Vale, cæpti, quenostris benignè aspira,



## CAP. PRIMI

## S V M M A R I A.

1. **A**duocatorum officium necessarium est in republica, & armatis militibus comparantur.
2. Aduocatorum officium nobile est. Et scientia ipsa nobilitat, & præstantior est nobilitas per scientiam acquisita, quæ à maioribus venit, & nu. 3.
4. Aduocatorum officium meritorium valde est apud Deum, si bene agatur.
5. D. Ambrosius causas Romæ per undecim annos peroravit, & D. Hieronymus factis se li-
- tibus exercebat, munus agere intendens. Et de Sancto Theophylo Martire, Scholastico nuncupato.
6. S. Philogonius aduocati munus gesit, & de illo ad Episcopalem dignitatem assumpsit est Antiochiae. Et de prærogativa Antiochenæ Cathedræ, & ciuitatis.
7. De Sancto Iuone qui etiam aduocati munus egit. Et quod plares alij laudabiliter idem munus egerunt. Et quod aduocati, appellantur honorati, & salarium illis debitum, honorarium

A

mun-

1. lot  
nuncupatur.

8. Dominus noster IESVS

Christus aduocatus iu-  
stus pro nobis, apud pa-  
trem, quem continuo pro  
nobis interpellat. Et  
quomodo iustus pro in-  
justis, versicul. Sed dicet  
aliquis.

9. Beatisima Virgo Maria  
aduocationis munere pro  
nobis fungitur in cælo,  
cuius est regina, & ad-  
vocatæ nomine, & titulo

inuocatur.

10. Etiam cum in mortali  
hac vita viuerent Do-  
minus ipse, & B. Virgo,  
aduocationis munus ex-  
ercuerunt.

11. Dominus noster IESVS

Christus pro inimicis  
suis, & crucifigentibus  
se aduocati munus apud  
Patrem peregit. Et pro  
inimicis postulare à in-  
dice compelli nemo po-  
test. & num. 12.

---

DIRECTO.

# DIRECTORIVM ADVOCATORVM, ET DE PRIVILEGIIS EORVM.

## C A P. I.

*De nobilitate, & excellentia muneris  
aduocatorum.*

 Duocationis officium laudabile, vitæquè hominum necessarium vocat Anastasius Imperat. in l. laudabile. C. de aduocat. diuersor. iudic. subdens, maximè Principalibus præmis oportere illud remunerari. Sed huius muneris præconia, & excellentiam adeo extollit Leo, & Antonin. Impp. in l. aduocati C. de aduocat. diuersor. iudicior. vt, ab humanis literis maiora alia expetere, seu desiderare, superuacaneum sit;

Aduocati, inquiunt, qui dirimunt ambigua facta causa-  
tionem huius, suequè defensionis viri-  
bus sàpè publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata  
reparant; non minus prouident  
humano generi, quam si præ-  
lijs, atque vulneribus patriam,  
parentesquè saluarent: & pau-  
lo post in calce, Militant,  
namquè causarum patroni, qui  
glories & vocis confisi munimi-  
ne laborantium spem, viam, &  
posteros defendunt. Atqué ita  
literatex aduocatorū mu-  
nus maximè laudat, eosquè  
militibus expressè cōpa-  
rat; quod est summarium

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

Baldi ibi, qui pulchrū vocat ibid. illius legis dictū, & notandum dicit; & tex. illum elegantem, atque à Togatis albo lapillo notandum dicit Andr. Gail. lib. 1. obseruat. 43. num. 4. sicut enim milites rem publicam armis defendūt, ita patrocinio suo sub illo susceptos defendunt aduocati; vnde aduocatum, nihil aliud esse, quam defensorem, dixit Zaz. cons. 7. incip. Casus talis est, num. 6. & 14. volum. 2. citatus à Gail. libr. 2. obseruat. 54. num. 2. & idcirco, patronus etiam appellatur, protector, & defensor, secundum eum ibid. Et est communis Doctorum assertio per tex. ibi, in d.l. aduocati, quod aduocati militant legibus, sicut milites armis; ubi tamen Bart. scripsit, quod aduocati, magis sunt necessarij reipublicæ, quam milites. Idem tradit, & explicat Iodoc. Damhouder, in Enchirid. parium, verb. Aduocatus, & miles. Quod quidem in huius

muneris laudem, & dignitatem plurimum confert.

2. Quod vero necessarium in republica officium istud sit, dicit Imperat. in d.l. laudabile; de quo Chassen. in catalog. gloriæ mundi 7. part. considerat. 31. Burgos de Pace in proæm. leg. Tauri num. 379. Vidac. Perez libr. 2. Ordinament. titul. 19. l. i. gloss. i. in princ. Matienz. in Dialog. relatoris, & aduocat. i part cap. 7. num. penult. & ultim. Quod nobilis sit, & hominem nobilitet, probat tex. & ibi Scribb. in l. prouidendum C. de postuland. ubi nobilissimos vocat, qui in foro muneris functione alijs antecellunt, & tradit Chassen. d. 7 part. considerat. 28. & multis adductis cōprobat Tiraq. de nobilit. c. 29. à nu. 12. Azeued. l. i. nu. 2. titul. 16 libr. 2. recopilat. & l. 2. tit. 10. lib. 8 n. 117. Joan. Garf. de nobilit. Hispan. gloss. 35. à nu. 11. Matienz. d. Dialog. 1. part. cap. 9. num. 4. & plurimis citatis Castill.

Castill de Bouadill. in politic. libr. 3. cap. 14. numer. 16. in gloss. liter. D. tom. 2. post omnes Phæbus Lusitanus decision. 48. num. final. de quo per eundem cum autoritate rei iudicatae in supremo Senatu ad varios articulos, arest. 56. cum duobus sequentib. Mendes à Castro in practic. Lusitan. libr. 1. cap. 3. num. 27. nouissimè Lusitanus item, & consistorialis aduocatus noster Martins à Costa in tracta. Domus supplicationis annotat. 17. ex nu. 7. cum sequentib. Et sola ipsa scientia nobilitat, tradit Rebuf. de priuileg scholar. priuileg 45 & notat gloss. verb. nobilissimos per tex. ibi in d. l prouidendū, & ibi Cyn. Bald. & Reliqui; secundū quos, nobilitas per scientiā acquisita præstantior est, quam à parentibus transmissa: & illa huic præferatur secundū Roman. singul 656. quem retulit Bouadill. in politic. lib. 1. c. 4. nu. 3. glossi. ideo Vlpianus, tom. 1. alijs in propositum

adductis, Matienz. d. Dialog. 3. part. c. 9. num 3. qui enim à majoribus suis nobilitatem habet, præsumptiuè nobilis dicitur secundū Cyn. d. l. prouidendū, per tex quem allegat in l. quôd si nolit § qui mancipia ff de edilit. edict. Quod est intelligendum de interiori animi nobilitate, quæ scientia, & bonis moribus acquiritur: scientia, namquæ, nobilitat animum, ut dixit Cato ab eodem Cyn. ibid. relatus, & bonis etiam moribus, quos scientia docet, animus nobilitatur. Vnde ait Salyc. d. l. prouidendum, & notat ex gloss. ibid. quôd nobilitas est filia scientiæ, quæ nobilitat interius, & exterius: interius, quia illuminat intellectū; & exterius, quia intellectus ita illuminatus corpus bene regit, bonis instruens moribus; quod quidē nobilitas, quæ à genere habetur, per se nō operatur; quia illa personæ nō cohæret, seu non qualificat personam: ideo, inquit, Salycet, licet quis de nobili

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

prosapia, vel genere sit; si bonis moribus nō polleat, non debet nobilis nuncupari, qui potius dicendus est à sua degenerare prosapia. Quia verò generosa hæc nobilitas, bonorum morum, ac virtutum, quibus maiores, vnde illa profluit, claruerunt, præsumptionem secū fert, nobilem è genere, præsumptiū nobilem dixit Cyn. loco citato per tex. qui in hunc sensum conuenit, in d. g. qui mancipia. At verò nobilitas, quæ per scientiā acquisita est, non præsumptiua, sed vera nobilitas est; quæ in animo verè residet, illiquè inhæret; ex quo hęc illa præstantior à nostris asseritur; & quia animi dos est, cuius dotes, corporis dotibus præstantiores longè sunt, vt anima ipsa præstantior est corpore.

3. Adeò autem literarum scientia nobilis, & excellens est, vt & Regum sceptra, & Imperatoriam ipsam Maiestatem illa deceat, Iustiniano Imperatore teste, qui in initio pro-

mij institution. Imperatoriam, inquit, Maiestatem, non solum armis decoratam, sed etiam legibus, oportet esse armam; & ibid. paulo post subdit, Principem Romanum decere, quod fiat tam iuris religiosissimus, quam victis hostib[us] triumphator magnificus. Hęc enim duo, arma, scilicet, & leges quasi sororizant, & se inuicem iuuant, vt idem Imperator ait in l. vnic. in princip. C. de Iustinian. Codice confirmand. vbi, Istorum etenim alterum, ait, alterius auxilio semper eguit: & tam militarijs res legibus in tuto collocata est, quam ipsæ leges armorum præsidio seruatæ sunt. Ex quo apparet, aduocandi munus perquam nobile esse, quod nobilissima legum scientia innititur in magnum reipublicæ commodum, usumque necessarium: vt meritò, qui in illo alijs præstant, nobilissimorum nomine honorentur ab Impp. in d. l. prouidendum. Cod. de postuland. Et qui nobiles aliunde effecti sunt, per huius

# Cap. I. De nobil. & excell. munieris aduo. 4

huius munieris professionē nobilitati suæ haud quam derogant, ut tradit Chassen. conf. 64. Viso processu. col. vltim. & eum referens Tiraq. de nobilit. d.c. 29. nu. 15. vbi ponderat tex ut hoc expresse probātem, in l. 2. §. Seruius autē, ff. de orig. iur. ibi, *Turpe esse patricio, & nobili viro, & causas oranti, ius, in quo versatur, ignorare*, & ibi nu. 18. tradit, olim nobilissimos quosdam, & cōspicuæ dignitatis viros hoc munus egisse, quorū aliquot memorat ibid. post eū Burg. de Pace in proæm. leg. Taur. num. 381. Matien. d. dialog. 1. part c. 7. num. 2. plurimosque extitisse viros doctissimos, & multorū annorum aduocatos, qui in republica administranda maximum de se testimonium exhibuerunt, testatur Mastrill. de Magistratib. lib. 2 cap. 12. num. 6. part. 1. Sed quod munieris istius nobilitatem, decus & honorem magnopere prædicat, & extollit, illud est, quod Imperatores ad

gloriam nominis, & laudē referunt, ab ordine Aduocatorum genus trahere, ut ex Sarnense in repetit. c. si pater, de testament. libr. 6. ab eo relato tradit Mart. de iurisdict. 4 part. centur. 2. cas. 115. nu. 5.

4. Verū, meliores alios habemus collegas, & consortes munieris nostri, viros, nempe, non paucos, qui aduocatorum albo in terra laudabiliter nomen dederunt, quorum nomina scripta sunt in cælo in libro vitæ. Difficillimum reputatur, aduocatū esse, & sanctum simul; notum est enim illud ab antiquis, iam in nostros percrebescens, nescio quibus natum authoribus, dicterium, *Bonus Iurisconsultus, malus Christianus*: cui concinuit quod Cajetan ait in summ. verb. aduocatus, post init. vbi, *Heu, inquit, apud mundanos bonus aduocatus est, qui de mala causa facit bonam*. Meritorium tamē officium est, non modicūm apud Deū, ut comprobat Alberic. in Lynic. nu. 6. C. de suffrag.

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

& ex illo Caccialup. tract.  
de aduocat. quæstion. 2.  
Chassen. in catalog. glo-  
riæ mund. 7. part. conside-  
rat. 32. Mart. de iurisdict. d.  
cas. 115. num. 1. argumento  
spiritualium misericordiæ  
operum, è quibus est, im-  
pendere consilium dubi-  
tanti, & alia, quæ muneris  
sui ministerio præstant ad  
uocati; de quibus, atque  
etiam de bonis iudicibus  
ait Hostiens. in proæm.  
summ. decretal. § 1. num.  
8. versicul. Ciuii verò,  
quod vitam ducunt acti-  
uam, siue politicam; quæ,  
si bene duceretur, magis  
fructifera esset, quam con-  
templativa. c. nisi cùm pri-  
dem. §. nec putes, de re-  
nuntiat. c. licet, de regula-  
rib. Quod sanè Hostiens.  
dicitu in ore Nostrum fre-  
quens, & celebre est. No-  
tandum est tamen, non ita  
ab illis cōmuniter referri,  
vt in Authore ipso, cuius  
est, reperitur: vt bene ad-  
uertit Burgens. d. proæm.  
n. 383 versic. Nec Hostien.  
illi enim inquiūt. Hostien.  
loco citato dixisse, vitam

bonorum aduocatorū me-  
ritoriā magis esse apud  
Deum, quam vitam fratru  
prædicatorum, & aliorum  
religiosorum; & Hostiens.  
dixit, magis fructiferā esse,  
quam vitam contemplati-  
uam: ex quo nō sequitur,  
meliorem esse corā Deo,  
seu magis meritoriā (quod  
idem est) quod Hostien nō  
dixit, nec nos dicere debe-  
mus, qui certō scimus. vitā  
contemplatiuam, aetiuā  
præstantiorem esse: dē illa,  
namquæ, dictum est ore  
veritatis ipsius, Maria opti-  
mam partem elegit, quæ non  
auferetur ab ea. Luc. 10. &  
multis adductis rationibus  
comprobat D. Thom. 2. 2.  
quæst. 182. art. 1. in corpor.  
qui sequenti articul. docet,  
vitā contemplatiā maiori-  
rem esse merito, quam acti-  
uam; nostra verò vita in  
officio aduocationis, si be-  
ne agatur, Marthę afsimi-  
latur: & quia in commune  
proximorum bonū tendit,  
magis fructifera esse, quam  
contemplatiā, dixit Ho-  
stiens. Sed quisunt, inquit, hi;  
& laudabimus eos, fecerunt  
enim

enim mirabilia in vita sua?

5. Sunt tamen non pauci in hoc ipso munere laudabiles valde; & quos vita sanctitas insigniter commendat. Quorum nonnullos refert Chassen. d. catalog. gloriæ mundi 7. part. considerat. 29. in fin. & subdit, quod plures alij fuerunt, quos longum esset enumerare; & primo loco ponit D. Ambrosium, qui per undecim annos causas Romæ in Palatio splendidè perorauit; quam etiam, & Sanctos alios qui munus idem egerunt, refert Mart. de iurisdiction. d. cas. 115. numer. 2. post Sarnens. ab eo citatum in repetit. cap. si pater de testamēt. lib. 6. Quibus addo alterum clarissimū Ecclesiæ lumen, atque Doctorē sanctum Hieronymū, qui quidem, si aduocati officium effectu non egit, ad meliora alia translatus, adolescentis agere intendebat; atque, ut præstantius ageret, fidicarum litium palestra se exercebat, ut ipse de se testatur in commentar.

epistol. ad Galat. cap. 2. vbi sic ait. Aliquoties, cum adolescentulus Romæ controvèrrias declamarem, & ad vera certamina fidicis in litibus exerceret, currebam ad tribunalia iudicium, &c. Mosenim erat, vt, qui veras lites, muneris causa agere intendebant, in fidicis prius se exercerent: è quorum etiam numero fuit Theophylus Christi Martyr, cuius mentio fit in Martyrologio Romano sexta Februarij die, vbi Scholasticus nuncupatur: quo nomine nuncupabatur fidicarum litium declamatores, qui deinde transirent ad tractandas veras, ut ex Tacito lib. de orat. & alijs tradit Cardin. Baron. in annotat. ad Martyrol. super eodem sancto Theophylo, verbo Scholastici. Scholasticus etiam aduocati dicebantur, secundum eū ibidem, de illis accipiens tex. quæ allegat, in l. 2. C. de lucr. aduocat lib. 12. per quem idem tradit Stephan. Gratian. disceptatio. forens. c. 56. n. fin. to. 1 Iuxta quæ Martyr Theophylus, Scho-

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

scholasticus nuncupatus in Martyrologio Romano , vel aduocatus fuit; vel esse intendebat factus se interim litibus exercens, ut ad veras postea tractandas idoneior factus transiret.

6. Cæterum, alios habemus, quos, certò constat, hoc ipsum munus sanctè egisse; in illoquè vitæ sanctitatem floruisse, ut cernere est in Sancto Philogonio Antiochiæ Episcopo , de quo habetur in Martyrologio Romano vigesima die Decembri, quæ est natalis eius dies(natalis autem Sanctorum dies, seu natalitium, illa dici consuevit, qua mortali hac vita functi ad æternā transferunt) quòd ex causidico ad Ecclesiam regendā Dei nutu accessitus, aduersus Arium vñà cum Sancto Alexander Episcopo, & socijs primū pro fide Catholica certamen inijt; clarusquè meritis quieuit in Domino , & quòd eius annuam festiuitatem S. Ioannes Chrysostomus præclaro encomio celebravit. Hec

de illo canit Ecclesia in Martyrologio; de quo etiā Diuus Hieronymus, & alij egerunt relati à Baronio in annotat. ibid. Eius autē laus , ac virtutē probitas in ipsa muneric administratio in eo maximè nitet, atque commendatur, quod ex causidico ad Episcopalem dignitatem Dei nutu accessitus dicitur . Et id quidē in Antiochena cathedra, cuius laus , & prerogativa in eo maxima est, quod primò in ea Sedit Petrus Princeps Apostolorum , ut Sanctorum Patrum testimonij comprobat idem Cardin. Baron. in annotat. ad Martyrolog. vigesima secunda Februarij annotat. i. & quod in ciuitate illa Discipuli primū Christiani cognominati sunt , ut habetur act. ii. atqué ita felicissimum hoc Christiani nomen Antiochiæ primū cœpit. Qua autem ratione id acciderit tradit D. Athanas. in disputatione contra Ariū, & ex eo Baron. loco proximè citato annot. 2.

7. Hoc item munus egit laudabiliter ac Sancte S. Iuo, cui patria Britania minor, quæ Gallici Regni pars est, in Diœcesi Trecorensi sub prouincia, seu Archiepiscopatu Turonensi, de quo canit Ecclesia in Martyrologio, quod pro Christi amore causas pupillorum, viduarum, ac pauperum defendebat, meritissimis, ac miraculis clarus obiit, seu sanè ad cælum abiit anno Domini millesimo trecentesimo tertio die Maij decima nona, qui tunc primus Dominicus dies erat post Ascensionem Domini. Denique plures alij fuerunt laudabiles in hoc munere viri, & peritia literarum, & probo, atquè perutili reipublice earum vsu.

Obnoxium quidē periculis multis officium hoc est, sed apud Deum meritorium, & valde meritorium, quia quantum difficilior pugna est, tanto gloriosior victoria: nobile in populo est, & honorabile hominibus. Vnde & aduocati ipsi honorati

appellantur ab Impp. in l. i. iuncta glossa ibi Cod de offic. civil. iudic & quod illis salarij nomine præstatur, honorarium nunquam cupatur, l. i. §. in honorarijs sive de varijs, & extraordina cognitionib. & sape alibi. Est denique perutile reipublicæ officium, atque necessarium, quod magnis in rebus versatur, quod Principes laudant, & honorant. l. aduocati Cod. de aduocat. diuersor. iudicior. l. laudabile. C. de aduocat. diuersor. iudic. quodquæ insignium Virtutum professione commendabile plus est.

8. Sed quod hæc omnia, & vniuersa, quæ humana facundia eloqui potest de istius munericis laude, longè supergreditur, illiusque excellentiam magis, ac magis attollit: illud unum est, quod legitimus i Ioan. c. 2. de magno illo, atquè primario totius humani generis Aduocato, quem apud Patrem habemus: *Aduocatum*, inquit, *habemus apud Patrem Iesum Christum*

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

*Christum iustum, &c.* Nota verbum, *iustum*, non dixit, *pium*, cùm ille quidem pius sit, ac super omnia scelerata nostra, & delicta nostra lōgē, & incomparabiliter pius, sed dixit, *iustum*, quasi, scilicet, de ipso aduocati munere sit, ac de natura illius, quod illud agens in hoc ipso munere peragendo iustus sit. Sed dicet aliquis, Qui iustus est, iustum causam tuetur, iniustæ partis prudens sciensque patrocinium non suscipit: Quomodo ergo nos, cùm mali simus, & iniusti, iustum prodefensione nostra habere possumus aduocatum; & non potius, ut pium, & misericordem B. Apostoli illum nobis inculcat? Sed, *Et ipse est*, inquit, propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro toto mundi, inuens, scilicet, iustum quidem pro nobis aduocatum esse; iustitiam vero nostrā, qua patrocinium illius pro nobis iustum efficitur, non nobis ex nobis esse, sed ex illo, qui propitiatio

est pro peccatis nostris; quia propitiatione, quia maior illa est, ac maius pretium illius, quam iniquitas nostra, & debita nostra, iniquitas omnis nostra diluta omnino est: & ita iustum aduocationis munus pro nobis agit, qui omne, quod debebamus, plenè, & ultra solutum à se esse, veraciter ostendens, Deum iustum iudicem pro nobis continuo interpellat, qui & est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis, ut ait Apostolus ad Roman. 8. Ad rem ergo: Quæ maior muneris dignitas, & excellentia, quam tales habere Magistratum?

9. Sed & Beatissima Virgo eodem incessanter aduocationis munere fungitur, & hoc illam nomine, & titulo tanquam proprio illius vocamus, atque in patrocinium nostrum inuocamus in suauiloqua illa antiphona, & oratione eidem Virgini sacra, quæ incipit, *Salve Regina*, ubi, post aliqua, Ecclesia sancta docente, subdimus, *Eia ergo aduo-*

Aduocata nostra. Reginam, quidem, prius appellamus, idquè veraciter, est, namqué, Celi, & terræ Regina, & postea, ut aduocatam nostram confidenter interpellamus.

10. Nec verò solūm in cælo hoc munus peragunt Dominus noster IESVS Christus, & Beatissima Virgo Maria Mater eius, sed & cùm in terra morabantur, idem exercuerunt. De Domino patet in Maria Magdalena, quam, ut aduocatus illius, à Marthæ sororis querela defendit, Luc. 10. super quo D. Augustin. serm. 27. de verbis Domini tom. 10. Ipse, inquit, eius factus est aduocatus, qui index fuerat interpolatus. Eandem antea similiiter à Simonis Pharisæi calumnia liberauerat, eam in conuersionis suæ statu iustiorem illo, optimo atque ineuitabili concludēs argumento. Luc 7. Ac, denique, de prodigalitatis vicio redargutam, propter effusum super caput Domini vnguentum pretio-

sam, Dominus ipse, quasi eiusdem aduocatus, non solūm defendit, sed de bono opere, ut insigniter pio, laudauit, quod idcirco in vniuerso mundo prædicādum fore, dixit, in memoriam illius, Matth. 26. Marc. 14. Et ultra Magdalenam, alijs etiam Dominus idem officium est impertitus, ut in accusatione mulieris illius adulteræ, & varijs Discipulorum suorū criminacionibus, in Evangelio factum legimus. At verò Sæctissima Virgo deficiente vino in nuptijs illis, quæ factæ sunt in Cana Galilææ, sedulam se prestitit aduocatam, & cùm primam à Filio pati repulsam videretur, à munere non destitit: sed magis, ijs, pro quibus patrocinata est, cōfculuit, quid facete debuisserit, quó voti compotes feliciter euaderent. Quodcunque, ait, dixerit vobis, facite Ioan. 2. Magna est ergo muneris dignatio, quod tales sibi vendicat Aestores.

11. Et non solūm viuēs in

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

In hoc mundo, sed & transiens ex illo ad Patrem Dominus Iesus apud Patrem sedulius se præstabit aduocatum; & pro crucifixigenibus se singulariter hoc munus peregit. Pater, inquit, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt. Luc. 23. Ecce non solum pro illis deprecatus est; quod Isaiae vaticino prædictum antea fuerat. c. 53. in fine, ubi ait, Et pro transgressoribus rogauit, sed (quod aduocati proprium est) criminis excusationem prætendit ignorantia eorum obtentu.

12. Sed dicet aliquis: Postulare, seu aduocare (quod idem est) est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præst, exponere, vel alterius desiderio contradicere, iuxta Vlpian definitionem scriptam in l. r. versicul. Postulare ss. de postuland. & transcriptam in c. infames in princ 3 quæst. 7. atque ita videtur, quod erga inimicos, aduocationis officium non detur; quia illis

definitio non competit; in qua amicorum mentio fit, ibi, vel amici sui, &c. Ex quo obiter notandum erit, quod, et si index compellere possit aduocatum ad suscipiendum pro aliquo patrocinium sub pena priuationis forti ipso iure incurrienda, iuxta l. prouidendum versicul. si quis verò, iuncta gloss. ibi C. de postuland. d. c. infames §. si quis verò, tamē pro inimico suscipere non est cogendus, quia non cadit super eum definitio, de qua sup. quod tenet gloss. in l. 1. §. initium, verb. ait prætor, in fine ss. de postuland. per quam ita se in Senatu iudicatu vidisse, testatur Cabed. decis. 214. nu. 8. part. 1. ubi gloss. illam notabilem vocat. Quomodo ergo dicimus, quod Dominus Iesus pro inimicis suis aduocat munus peregit? Peregit sanè, ac perfectissimè implevit. Nec muneris definitio obstat, quæ sic intelligenda est, ut iij. pro quibus hoc agitur munus, amicorum loco

loco sint aduocato, ex parte illius; in eo enim, quod pro illis munus hoc subit, quasi amicos sibi asciscit, quanvis illi inimici eius sint, & odio habeant eum gratis. Dominus, ergo, quanvis illi capitales, &

acerbissimi inimici essent, aduocatum se praebuit; & aduocati munus pro illis egit apud Patrem, quasi amicus inimicorum suorum; amicos eos sibi facere, & Patri suo reconciliare, contendens.

CAP. SECUNDI  
S V M M A R I A.

1. **P**ostulare pro alijs omnes possunt, qui iure prohibiti non reperiuntur. Et qui prohibiti reperiuntur, traditur.
2. *Aduocatus esse non potest, qui literarum peritiam non habet, quanvis sit in exercitio causarum experitus.* Secus in iudice, & differentia ratio traditur. Limitatur in ijs qui à principe, vi illiterati ad iudicandi munus promouentur, numero 3.

3. Peccant iudices, & aduocati, qui sufficientem ad exercendum munus suum scientiam non habent.
4. Aliquando illiterati in defectum literatorum aduocare permittuntur; nec tamen idcirco aduocatorum privilegijs tales vti possunt.
5. Prohibitibus aduocare, non censetur prohibitus consulere in Camera. Et quid in in clero. Ibid. in fin.

C A P. I I.

*De ijs, qui aduocati munus exercere  
prohibentur.*

**E**dictum de postulando prohibitorum est. l. i.  
ff. de postulando. ideo, qui non reperiuntur prohibiti, postulare, seu aduocare possunt. lab ea parte, iuncta glossa 2. ibi ff. de probation. tradit Speculat. lib. 1. rubr. de aduocato §. 1. nu. 12. vbi agit de prohibitis hoc munus exercere; & primò ponit, qui natura impediuntur, cuiusmodi sunt mutus, surdus, cæcus, & perpetuo furiosus; item minor septemdecim annorum postulare pro alijs in iudicio nequit. An autē procurator ad iudicia, atque etiam ad negotia minor constitui possit, egimus in 2. part. commētar. Lex hoc iure. ff. de iustit. & iur. c. 10. quod de procuratore est; vbi, quod attinet

ad iudicia, conciliauimus leg. Regias lib. 1. titul. 48. §. 20. & lib. 3. titul. 9. §. 5. quas postea vidi, diuerso alio sensu interpretari, & conciliare Barbos. ad Ordin. Reg. d. titul. 48. §. 20. Fæmina quoque postulare in iudicio prohibetur; idquæ honestatis causa, de quo scripsimus in tract. de iur. & priuilegijs honestatis art. 2. num. 12. qua etiam ratione procuratrix in iudicio esse non potest, ut tradidimus ibidem num. sequenti, & fusiūs de hoc d. cap. 10. de procuratore à num. 7. & ab omnibus ciuilibus officijs, publicisquæ muneribus fæmina sunt remotæ. l. 2. ff. de regul. iur. de quo nouissimè Mastil. tract. de magistratib. 1. part. lib. 2. c. 4. per tot. vbi nu. 13. cum sequentib. ad hoc, vltra

ultra honestatis rationem, alias adducit Item infames ab hoc munere arcentur; est enim munus nobile, ut tradidimus sup. capit. præcedente: ad quod, idcirco, qui infamia nota laborat, non est admittendus, ut pro ratione tradit Tiraq. de nobilit. cap. 29. num. 13. Didac Perez lib. 2. Ordin. titul. 19 l. 1 gloss. 1. dub. 2. aliam rationem assignat D. Thom. 2. 2. quæst. 71. artic. 2. in corpore, vbi ait, quod non decet, ut alterius iustitiae patronus existat, qui in se ipso iustitiam contempsit; & ideo infames, infideles, & damnati de grauibus criminibus nō decenter sunt aduocati. Et de his omnibus habetur in d.l. 1. §. initium cum sequentibus ff. de postuland. fusiūs in cap. infames 3. quæst. 7. Lusitana Ord. lib. 1. titul. 48. §. 25. D. Thom. d. quæst. 71. art. 2. & apud Speculat. d. rubr. de aduocato §. 1. Ioan. Monach. de defensorio iuris sub titul. contra aduocatos. Latè Nepos à Montalbano tra.

stat. de exceptionib. artic. 10. fusè item Siluest. in summ. verb. aduocatus, nu. 2. & nu. 3. tractat, an prohibitus aduocare à iudice vnius civitatis, postulare in alia possit, secutus gloss. in l. 1. C. de postuland. Apud quos etiam videre est de monachis, & clericis, qui regulariter ab hoc munere remouentur, præterquam in certis quibusdam casibus, de quo nos egimus d. 2. part. commentar. l. ex hoc iure cap. 4. & de hoc ultimo sunt tex. in cap. 1. cum sequentibus, & Scribb. ibid. extra de postuland. D. Thom. d. art. 2. in corpore. Omnes verò, qui regulariter, & vniuersim prohibentur, sequentibus versibus comprehenduntur quorum meminit Speculat. d. §. 1. nu. 1.

*Non cuicunque datur, ut postulet, immo vetatur  
Addictus panæ, seruus, puer,  
author arenæ,  
Luminibus Casus, mulier, mu-  
liebria passus.*

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

Alij tamen sunt, vltra his versibus comprehensos, qui ad candem iuris prohibitionem pertinent, cuiusmodi sunt furdus; quod intelligitur de illo, qui prorsus non audit, ut in d.l.i. §. initium versicul. propter casum; item mutus, furiosus, infamis, hereticus, & quiuis alius infidelis contra Christianum l. nemo C. de postuland. l. nemo C. de episcopal. audienc. c. excōmunicamus l. §. credentes, de heretie.

2. Et denique, qui literarum peritiam non habent, aduocati esse non possunt, ut probat tex. in l. 2. C. de postuland. l. nemini C. de aduocat. diuersi iudicior. l. iubemus. §. nec de cetero. C. de aduocat. diversiudicum, vbi prohibetur, quemquam ad consortium aduocatorum admitti, antequām per statuta tempora legibus operam dederit; vbi gloss. de quin quennio interpretatur; quod studij tempus secundūm ius commune requiritur, ut probatur in prox-

mio digestor. §. & quod iam primis, & alijs citatis tradit Bouadill. in politic. lib.1. cap.6. num. 20. tom.1. Atque ita patet, quod sine legum studio, ac scientia non debet aliquis ad officium aduocationis assumi; quod etiam probat tex. in l.1. §. aduocatos, iuncta glos. ibi, verb quoquo ff. de varijs, & extraordinar. cognitionib. licet sit in exercitio causarum peritus, secundūm Speculat. d. rubr. de aduocato §. 1. num. 11. Petr. Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 39. nu. 7. Didac. Perez in l.2. titul. 19. lib.2. Ordin. versic. Vade infero; quanvis alij cōtradicant, ut tradit Montalban. de exception. d art. 10. nu. 15. moti per tex. in l. penult. C. de iudic. vbi traditur, militates magistratus, & illiteratos alios, qui quotidiano causarum vsu sunt approbatī, iudicandi munere fungi posse; quo argumento in aduocato idem æquè probauit gloss in l.1. verb. exponere ff. de postuland. & in l.2. C. codem

## C.2. De ijs qui aduoc. munus exerc. prob. 10

codem titul. Sed Bart. d.l.  
§. postulare num. 2. tenet  
contra glossam ibi; & ait,  
quod Doctor contra illam  
dicunt, & bene; sequitur  
Silvest. in summ. verb. ad-  
uocatus, nu. 1. versic. Primò  
verò Montaluuus in reper-  
torio legum Regni verb.  
aduocati, & Suar. de Paz,  
qui illum retulit, in praxi  
annotat §. nu. 9. Alphons.  
de Azeued. l. 3. num. 2. titul.  
16. libr. 2. nou. recopilat. &  
sanè glossæ obstant sup. ci-  
tata iura, quibus literarum  
studium, ac peritia in ad-  
uocato exigitur.

Et differentiæ ratio in-  
ter eum, & iudicem secun-  
dum Bart. d. §. postulare,  
est, quia aduocato incum-  
bit causam sub patrocinio  
suo assumptam, legibus in-  
struere, ac iuristrationibus,  
& Doctorum scriptis cor-  
roborare, quod facere non  
potest, qui iurisperitus non  
sit. At verò ad iudicis offi-  
cium spectat, iudicare se-  
cundum allegata, & pro-  
bata, propriumquè inter  
dissidentium aduocatorū  
sententias proferre iudi-

cium; quod absque litera-  
rum studio, & petitia à vi-  
to experto præstari com-  
modè potest. Quod si res  
ita in ambiguo sit, ut, vtra  
pars iustius induat arma,  
iudicio suo discernere non  
valeat, turpe illi non erit,  
pro decisione casus ita du-  
bij, iurisperitum consule-  
re, de cuius consilio sen-  
tentiam proferat: cùm, &  
assessorem habere, ei liceat,  
ut in auth de iudicibus §. 1.  
collat. 6. & excusat, cùm  
de imperitia arguitur, quā-  
do sententiam tulerit ex  
consilio peritorum, ut tra-  
dit Mastril. de magistratib.  
2. part. lib 6. c. 10. nu. 96 ex  
Matth Matthesil ab eo re-  
lato in l. 2. C de pēn iudic.  
qui mal. iudicauit n. 4. & 5.  
quod aduocato turpe erit,  
ignorare, népe, ius, in quo  
versatur, & alios promone-  
ris sui causæ instructione  
adire. l. 2. § Seruius autē ff.  
de origin. iur. & turpe est,  
aliorū manibus querere,  
quod apud se inuenire de-  
bet, ut dixit Innoc. in c. cū  
in cunctis num. 1. de elect.  
Quam differentiæ rationes

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

inter iudicem, & aduocatū tradit Addit. ad Speculat. titul. de aduocato d. §. 1. nu. 12. verb. loquuntur, Bart. d. 1. 1. §. postulare, in fin. Siluest. d. verb. aduocatus, n. 1. in fin. Azeued. d. l. 3. n. 2.

3. Quod autem dicitur, quod, & qui peritiam iuris non habent, iudicandi munus exercere possunt, iuxta d. l. penult. C. de iudic. de ijs est accipendum, quos princeps, ut illiteratos tali muneri præficit; si enim, ut literatos præficiat, & illi nō sint, aut ita leuiter edocti, quod iudicandi muneri idonei non sint propter literarum penuriam, in ipsa muneris susceptione peccabūt. Peccant enim qui non habent scientiam sufficientem ad exercendum officium, ad quod assumuntur, ut dicit Innocent. d. cap. cūm in cunctis nu. 2. & communiter Scribb. ibid, vbi Abb. nu. 4. scripsit, quod Innoc. dictum, ultra rationem naturalem, probatur in c. nō est putanda, in fin. 1. quest. 1. per quem tex. in iudici-

bus loquens idem tradit Nauar. in manuali latino c. 25 nu. 12. & alibi in locis per eum ibid. citatis, atque eo, & alijs relatis Segura Daualos in directorio iudic. 1. part. cap. 3. num. 16. pro quo adducunt illud ecclesiastic. 7. Noli quarere, fieri iudex: nisi valeas virtute irrumperem iniquitates, &cet. Auiles in capit. prætor. cap. 4. in gloss. que les diere num. 8. In aduocato ergo idem æqué obtinet, ut, et si per statuta tempora, & yltra iuri operam dederit, si tamen sufficien- tem ad exercendum aduocationis munus scientiam adeptus non est, illius exercitio peccet, tradit Nauar. d. c. 25. num. 28. & Summisæ communiter, & in utroque, in iudice, in quam, & aduocato, qui minus, quam par sit suscep- to muneri, iuris peritiam callent, eleganter egit Lancellot. Polit. tract. de officio aduocati §. ne- mo opinor, post med. ver- sicol. Quippe, vbi scrip- fit, non leue scelus ab his patrari,

## C.2. De ijs qui aduoc. munus exerc. prob. II

patrari, qui temere, atque indignè eiusmodi sibi prouincias ambiunt, nec minus ab illis, qui apud Summos Principes pro talibus supplicantes, promouerit eos ad hæc munera, precibus impetrant.

4. Aliquando tamen in oppidis aliquibus, vbi literati non adsunt, qui hoc munus agant, illiterati admittuntur; quod se in municipijs vidisse in literatorum defectum, testatur Rebuff. de priuileg. Scholar d priuileg. 39 n. 7. subdens, quod in ciuitatibus illiterati non admittentur ad postulationis officium, maximè in supremis curijs, quæ aduocatis doctissimis fulgere debent. Apud nos quidem, nec in municipijs in literatorum defectum illiterati admittuntur absque rescripto Principis ad id impetrato; & tales, vulgari nomine, procuratores numerarij appellantur. Ad illos vero, quanuis pro alijs in iudicio postulent, & aduocationis munus exer-

ceant, non pertinent quæ honoris, & priuilegij causa in aduocatis traduntur; verè enim, quanuis speciali Principis indulto, ob literatorum defectum aduocationis munus exercent, aduocati non sunt, qui literarum peritia carent; quæ, ut principale requisitum in aduocato exigitur, iuxta supra citata iura; & ita de illis sentit Speculat. d. titul de aduocato § 1. nu. II. vbi scripsit, loquens de illo, qui nō habet peritiam literarum, quod eius patrocinium admittitur, licet inter aduocatos non connumeretur, & ex Ioan. Andr. in addit. ad eum refert Rebuff. d. nu. 7. quod fuit glossæ dictum in l. 2. C. de postuland. per iura, quæ allegat. Si ergo inter aduocatos non connumeratur, aduocatorum priuilegijs frui non debet.

5. Ultimò, sciendum est, postulare, seu aduocare prohibitum, non censi prohibitum consulere in Camera, ut tradit Bart. in l. § postulare. ff. de postu-

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

land, & ibi Angel. Abb. in  
rubric. de postuland. Dec.  
in l. fæminæ, num. 10. ff. de  
regul. iur. & alijs citatis  
Stephan. Gratian. discep-  
tation. forens c. 39. num. 4.  
cum sequentib. tom. 1. no-  
uissimé Lusitanus Emmam.  
Barbos. ad Ord. Reg. libr. 1.  
tit. 48. §. 25. nu. 5. Mart. de  
iurisdict. 4 part. cent. 2. cas.  
n. 5. num. 13. vbi loquitur in  
clericis qui coram iudice  
seculari aduocati officium  
exercere prohibentur, &

tamen in camera possunt  
consulere & scribendo iu-  
dicem instruere, vt tenet  
ibid. contra Ioan. Andr ab  
eo citatum in rubr. de ma-  
gistr. col. 3. Cuius tamen  
Ioan. Andr. sententia ego  
adhærerem contra clericum  
monus illud pecunia-  
rio quæsu publicè agen-  
tem, tametsi in camera  
exerceat; quia seculatia  
sunt negotia quibus se im-  
miscere non licet clericis,  
secundum sacros Canones.

## CAP. TERTII

## S V M M A R I A.

1. **C**ontra parentes po-  
stulare in iudicio, nū-  
quam licet, nec pro  
patria, quāuis causa ex parte  
patriæ insta reputetur. Et  
cui potius parentum sit, pa-  
tri, aut patriæ, cum distin-  
ctione traditur.

2. Clericus contra ecclesiam à  
qua beneficium obtinuit, vel  
in qua est beneficiarius ad-  
nocare non potest, & alijs

beneficio priuatur. Limita-  
tur in propria, aut parentis  
causa. Et prælatus ecclesiam  
suam contra omnes iuuare  
tenetur.

3. Vasallus contra dominum à  
quo feudum habet, aduocare  
non potest; nec libertus con-  
tra patronum.

4. Emphyteuta contra domi-  
num à quo emphyteusim re-  
cepit, postulare pro alio, im-  
pune

### C.3. De ijs qui aduoc. munus exerc. prob. 12

pune potest; & non valeat argumentum de feudo ad emphyteusim, & econtra, data dispæritate rationis.

5. Inquiline contra locatorem domus dominū postulare pro alio potest, nec eam ob causam expelli potest durante locationis tempore.

6. Aduocatus duorum annuatim salariatus alterum contra alterutrum etiam causam iniustam agentem patrocinio suo iuuare non potest.

7. Aduocatus accusans testamentum, relictum sibi in illo amittit tanquā indignus, & fisco applicatur.

8. Aduocatus inimicitiae causa repelli potest à postulando contra aduersarium cuius est inimicus.

9. Aduocatus unius partis pro altera in eadem causa postulare nequit, & contra faciens grauiter punitur. Et traditur, qui præuaricatores dicantur.

10. Aduocatus unius in prima instātia, nō potest cōtra eū esse in causa appellationis.

11. Aduocatus in causa principali pro uno, impune cōtra

eum patrocinari poterit in causa liquidationis finito principali. Item, qui in posseſſorio alteri patrocinatus est, potest contra eum in petitorio patrocinari. De honestate tamen in his abstiner se debet.

12. Priore derelicto, alteri cōtra eum postulare, licet aduocato, iudice iubente.

13. Præuaricationis crimen cōmittit, & qui clientuli sui secreta sibi cōmissa aduersario reuelat, vel qui in eandē causā consiliū illi præbet. Et an qui alteri prius consultus ab eo præstitū consiliū, contra illū postea in eodē negotio aduocare impune pos sit, cū distinctione traditur.

14. Præuaricationis crimen nō cōmittit, qui cōtra cōsiliū à se uni præstitū recepto salario, alteri patrocinatur, tametsi male agat. Nec qui diuersis temporibus, à diuersis cōsultus contraria respōdet.

15. Qui fuit iudex in causa aliqua, amotus ab officio ante causā decisionē, potest in illa alterutri parti patrocinari. Aduocatus vero in causa, nō potest postea in eadē iudex esse.

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

16. Contra amicum postulare,  
licet aduocato, sed non de-  
cet.

Contra amicum, aut pro ini-

mico postulare, aduocatus  
cogi nequit; & mulio mi-  
nus contra propinquos, ibid.  
ad fin.

## C A P. I I I.

### Contra quos non liceat, aut non deceat aduocare.

1. **E**odem illo iure,  
quo mentibus  
nostris naturali-  
ter insito præci-  
pimur, ut parentibus pa-  
reamus. I. veluti ff. de iu-  
stic. & iur. venit, ut aduer-  
sus eos patrocinium alteri  
præstare non debeamus.  
Nec de hoc, quod iure na-  
turæ venit, aliquis dubitat  
quando cum extraneo res  
agitur. Sed quæstio est,  
quando inter patrem, &  
patriam lis orta est, cui  
potius patrocinium suum  
debeat exhibere aduoca-  
tus; Speculat enim libr. I.  
titul. de aduocato §. I. nu.  
28. tenet, parentes contra  
patriam fore iuuandos,  
sumpto argumento ab or-

dine scripturæ ex d. l. ve-  
luti, vbi parentes primò  
ponuntur, deinde patria.  
*Vt parentibus, inquit, & pa-*  
*tria pareamus, & in l. I. §. &*  
*generaliter ff. de ventr. in*  
*possession. mittend. dici-*  
*tur, quod partus non tan-*  
*tum parenti, cuius esse di-*  
*citur, verum etiam reipu-*  
*blicæ nascitur. Et quia na-*  
*tura magis impellit in pa-*  
*rentum, quam in patriæ*  
*amorem; est enim pater,*  
*& filius, vna, & eadem ca-*  
*ro. c. contradicimus, versic.*  
*alij primum gradum 35.*  
*quæst. 2. & natura pater, &*  
*filius eadem esse persona*  
*pene intelliguntur, vt di-*  
*citur in l. final. ad finem. C.*  
*de impuber, & alijs substit.*

Quibus

Quibus additur, quod parē gratiam parentibus rependere non possumus, secundum Philosoph. 8. Ethicor. quod intelligitur de recompensatione in effectu, quā sic parentibus æqualem suscepto ab illis beneficio facere non possumus; affectu enim, & voluntate potest filius etiam aliquid maius patri restituere, ut ex Senec. 3. de benefic. declarat S. Thom. 2. 2. quæst. 106. art. 6. ad primum. Vnde, nulli in his, quæ in natura sunt, filium debere tantum reverentię, & præsidij, quantum parentibus, scripsit Fortun. d. 1. velutinum. 19. de iustit. & iur.

Sed argumentum ab or-  
dine scripturæ eludit Cyn.  
aut etiam pro patria reto-  
quet per tex. ibi, in l. ad-  
vocati C. de advocat di-  
uersor. iudicior. vbi pa-  
trix prius, deinde parentū  
mentio fit; Non minus, in-  
quit, prouident humano ge-  
neri, quam si pralijis, atque  
vulneribus patriam, parentes  
quæsaluarent. Similiter legi-  
tur apud Ciceron, lib. 1. of-

ficior. ex Platone, vbi, Nō nobis, inquit, solum nati sumus, sed ortus nostri partem patria partem parentes vendi-  
cant, partem amici. Atque ita secundum ordinem literę, si ab illo sumendum est argumentum, patria ibi prior est. Pro qua clarius deinde est eiusdem Cicero-  
ni testimoniū d. lib. 1. officior. vbi sic legitur, Omnia societatum nulla est gravior nulla charior, quam ea,  
quæ cum republica est inicu-  
que nostrum: chari sunt pa-  
rentes, chari liberi, propinqui,  
familiares; sed omnes omnium  
charitates patria una complexa  
est; pro qua quis bonus dubi-  
tet, mortem oppetere, si ei sit profuturus? Et denique, ut  
cum nostris rem agamus,  
data pari necessitate, pa-  
trix potius, quam patres esse  
parendum, communis est sententia, secundum Iason.  
in l. 1 §. huius studij nu. 13.  
ff. de iustit & iur. Surd. de  
aliment. titul. 7. quæst. 3.  
num. 5. Fortun. in d.l. ve-  
luti nu. 19. in princip. vbi,  
& duobus numeris sequē-  
tibus latè disputat, cui  
potius

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

potius parentum sit, patri, an patriæ, & multis pro vtraque parte adductis, distinctione tandem rem componit, quæ eō tendit, ut, cùm agitur de particulari commodo patriis, & patriæ, præponendus sit pater; si verò res ita se habeat, ut ego possum, industria mea patriam saluam facere, aut patrem, non vtrumque, subueniendum patriæ sit, derelicto parente; quam concordiam posuit. Cyn, aut Additio ad eum in d. I aduocati, Angel. & Fulgos. in l. penultim. ff. de postuland. vbi inquiunt, quod vbi agitur de commodobursali, parentum est patti; vbi verò de reipublicæ statu ageretur, patriæ potius, quam parentibus est obediendum. Luxta quam distinctionem accipienda est Speculat. opinio vbi supra, pro patre, & Bald. in d. l. penultim. ff. de postuland. vbi scripsit, quod potius quis debet iuuare patrem, quam patriam, sequitur Abb. in

cap. final. num. final. de postuland. Auiles in capit. prætor. cap. i. glossa tierra numer. ii. & 12. Et iuxta distinctionem eandem in posteriori membro accipienda est sententia illorum, qui parentibus patriæ præferunt; cui in pari vtriusque necessitate subueniendum magis fore, tradit Angel. in §. ius ciuale nu. 2. instit. deiur. natural. Flor. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & his citatis Jacob. Nouell. de iur. prothomiseos §. 2. nu. 12. Conrad. Brun. de seditionib. lib 1.c. 13. nu. 9. vbi citat Bald. in l. qui necessario. C. de aduocat. diuersor. iudicior. & Alex. in d. Lveluti; & circa patrocinium aduocati idem aequè tradit; quod tamen ad primum distinctionis membrum, quod pro patre est, magis pertinet. Et quæstio in aduocato locū sibi vendicat, quando vtriusque causa iusta putatur; iniustam, namque, nec pro patre, nec pro patria suscipere vñquam aduocatus debet.

Crederem tamen , quod , etsi causa ex parte patriæ iusta reputatur , & iniusta ex parte patris , ab aduocato aduersus patrem suscipienda non sit , reuerentię causa , quam parentibus debemus ; quia nos genuerunt ; & etiam gratitudinis causa propter plurima ab illis beneficia recepta . Nec obstat text. in l. minimè ff. de religios. & sumpt. funer. vbi filio permittitur , patrem , qui ad delendam patriam venit , impunè occidere , & etiam cum præmio ; hoc enim pertinet ad posterius distinctionis membrū , quod patriæ salutem , & incolumentem respicit ; ad quod etiam pertinet Marc . Tullij sententia d. libr. 1. officior. sup. relata , & id , quod dicitur in l. postliminum . §. filius. ff. de captiu. & postlimin. reuersi . quod disciplina castorum antiquior fuit parentibus Romanis , quam charitas liberorum . Vnde fertur , Brutum , filios pro-

prios qui Tarquinium superbum reducere , moliti fuerāt , securi percuti , iussisse ; pluraquæ Veterū extat exempla pro patrię incolumentate , de quibus apud Valer. Maxim. lib. 5. cap. 6. quæ pertinent ad posterius distinctionis membrū . At nos agimus de causa pecuniarij commodi inter patriam , & patrem , quam , etsi iniuste agat , aut defendat pater , aduersus eum à filio aduocato suscipi non debet , tam irreuerentię , quam ingratisudinis evitandæ causa .

Qua etiam ratione clericus , quando ei aduocare licitum sit , contra ecclesiam , à qua beneficium obtinet , aduocare prohibetur , & aliás tanquam ingratus beneficio priuatur cap. final. de postuland . tradit Speculat. dict. titul. de aduocato §. 1. num. 17. vbi idem dicit de aduocato contra episcopum , à quo beneficium habet . Quod est intelligendū , quando contra epis-

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

episcopum his agitatur super ipsis ecclesiæ rebus. Et quod dicitur de aduocato contra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, procedit etiam in illo, qui aduocat contra ecclesiam, in qua est beneficiatus ; quanvis ab illa beneficium non accepisset ; & ita loquens in clero patrociniū præstante contra ecclesiam, in qua est beneficiatus, vel contra episcopum, ut beneficio tanquam ingratut priuetur, tradit Quintilian. Mandos. tract. de ingratitudine cap. 62. §. 10. & rursus c. 68. Mart. loquens in clero cōtra ecclesiam suam scribente, aut iudicem instruente, de iurisdict. 4. part cent. 2. cas. 115. num. 14. Dicit verō Vincent. quem refert Specul. d. §. 1. num. 20. vt pro patre, & matre impotentibus cōtra ecclesiam aduocare possit, obtenta tamen prius licentia, aliás non, nisi velit perdere beneficium. Atque ita, quando parentes prouidere sibi de aduocato æquè idoneo, com-

modè valent, non poterit filius pro illis contra ecclesiam, cuius est beneficiatus, aduocare. Quod durum censeo, nec quidem probo, per ea, quæ supra dicta sunt ad quæstionem inter patrem, & patriam. Et quia pro se contra ecclesiam, in qua beneficiatus est, & à qua beneficium obtinet, aduocare quisque impune potest, ut tradit Speculat. d. num. 20. quia charitas bene ordinata incipit à se ipso c. qui vult ordinatè de pænitent. dist. 3. l. præses. C. de seruitut. & aqua ; si ergo pro se postulare potest, & pro patre poterit, quia pater, & filius, una, & eadem persona reputantur. l. final. C. de imper. & alijs substic. & filius etiam viuo patre dominus bonorum illius quodammodo existimatur l. in suis ff. de liber. & posthum. & denique sententiam istam probat tex. in cap. final. de postuland. vbi clericus cōtra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis aduocare prohibetur, & alias

& alias beneficio spoliari potest; atque ita à contrario sensu pro coniunctis id ibi permitti impunē videatur. Quod argumētū à contrario sensu, quāuis pro cōiunctis alijs admitti non debeat, aut saltem non debeat; de quo Speculat. d. §. 1. nu. 19. tamen pro parentibus, & liberis non est negandum. In prælato verò ecclesiæ contrarium est dicendum, quia illam contra omnes iuuare semper debet, & etiam in causa illa, in qua antea contra eam pro alio fuisset aduocatus, argumento eius, quod in tutori erga pupillum traditur in l. final. ff. de postuland. & in specie tradit Speculat. d. titul. de aduocato. §. 1. num. 20. in fin.

3. Huc etiam pertinet quæstio de vasallo cum domino, à quo feudum habet, contra quem postulare nequit, & alias feudum amittit, ut tradit Specul. d. §. 1. nu. 30. vbi limitat in cōiunctis personis, Afflict. de cas. 265. nu. 86. Mandos. de

ingratitud. c. 62. nn 10. Siluest. in Summ verb. aduocatus nu. 8. in fin. Gail libr. 1. obseruat. 88. nu. 5. vbi Afflict. rationem assignat, quia vasallus tenetur defēdere dominum in prælio campestri, sed iudicium, dicitur iudiciale certamen, l. aduocati C. de aduocat. diuersor iudicior ergoetiā in iudiciali certamine dominum defendere debet, non oppugnare, & alijs ciitatibus tradit Mart. de iurisdiction. d. cas. 115. nu. final. Cuius argumento, & à fortiori idem in liberto erga patronum suum dicendum erit; liberti enim, & vasalli in iure æquiparantur, ut probat gloss. in l. solo C. de liberal. caus. las in l. generaliter, nu. 4. ff. de in ius. vocand Mandos d. tract de ingratitud c. 66. in princ. Imo maiorem, ac multò maiorem gratiam, & reuerentiam debet libertus patrono suo, quām domino vasallus, propter præstantius beneficium, quod in libertatis datione consistit. Non tamem dicere auderem,

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

rem ,quòd, si libertus in causa aliqua leui contra patronum suum aduocationis munus præstisset, eam ingratitudinis pœnam incurrisset, ut in pristinam seruitutem redigi posset; nam, etsi eo ipso causam ingratitudinis commisisset, non tamen, ut ad pristinam seruitutem reducatur, sufficit quælibet ingratitudinis causa, sed gravis esse debet, secundum D. Thom. 3. part. quæst. 88. articul. 3. ad 2. Quod qualiter sit accipiendo, explicuimus in commentar. l. ex hoc iure 2. part. cap. 12. different. 4. sub nu. 16. ff. de iustit. & iur. pro intellectu l. 2. cum gloss. ibi C. de libert. & eorum liber.

4. Quia verò de feudo ad emphyteusim frequens in iure nostro est argumentum, quod probabile, ut ilissimum, & frequentissimum vocat Euerard. in locis legalib. loc. 29. à feudo ad emphyteusim, ubi latè prosequitur, & cōmūnem tradit. Clarus libr. 4.

sententiar. 6. feudū quæst. 3. versic. Dicit etiam, & pluribus citatis Nicol. Intrigliol. de feud. cetur. 1. quæst. 12. n. 1. cum sequentib. sicut & è contra, de emphyteusi ad feudum frequens est argumentū, de quo Euerard. loc. sequenti, videbatur dicendum, quòd emphyteuta non possit pro alio postulare contra dominum, à quo emphyteusim recepit, sub pœna emphyteusis amittendæ, sicut non potest vasallus contra dominū feudi. Sed contrarium est tenendum, quia, inter alias commissi causas, scriptam hanc non inuenimus; & ideo, tanquam in materia pœnali ad eam non debet fieri extentio; quia in pœnaliibus non admittitur extentio, sed odia restringi, & fauores conuenit ampliati, ut dicit iuris regula de reguli iur. lib. 6. Nec argumentum de feudo ad emphyteusim, & è contra, securū semper est, quia in multis differunt, de quibus Valasc. de iur. emphyteut. quæst. 39. vbi viginti enumerat diffe-

differentias, inter quas una est, quam secundo, & quarto loco scripsit, nempe, quod feudum est beneficiū gratiis, & ex benevolentia concessum natura sua. c. i §. fin. in quib. caus. feud. amittatur: altera, quam quinto loco posuit, est, quia de substantia feudi est fidelitas, quam vasallus domino promittit, sive cū iuramento, sive sine illo, & inde etiam feudum nomen accepit, à fide, scilicet, seu fidelitate, quam esse huius verbi etymologiam probat tex. in c. i § nulla, per quos fiat inuestitur. & communis sententia, quam ex Curt. Junior. ab eo etato tradit Clarus d §. feudum, quæst §. latè Nicol. Intrigliol. de feud. cent. i. quæst. 2. ex num. i & hæc duo, nempe, beneficiū ex parte domini, & fidelitas ex parte vasalli in communione feudi definitione reperiuntur, tanquam substantialia illius, quæ in emphyteusi locum non habent; quia illa natura sua gratis, & ex benevolentia non conceditur, sed ad onerosos pertinet.

net contractus, ex quo propter ingratitudinem non reuocature emphyteusis, ut tradit Valasc. d. q. 39. n. 12. hæc inter alias differentiam assignans inter feudum, & emphyteusim, de quo scripsi d. 2. part. I. ex hoc iure d. c. 12. different. 4. n. 20. & sequenti; nec emphyteuta fidelitatē domino promittit, nec illi vñquam servire tenetur, ut domino vasallus; & in his reuerentia, & obsequijs causa conseruit, atque etiam debitæ gratitudinis causa, propter quam pro alio contra dominum patrociniū suum exhibere nequit vasallus, quin debitum illi reuerentia, & gratitudinis ius offendat; quod cessat in emphyteuta, qui tales non promittit fidelitatem; nec tali se obsequio astringit in ipsa emphyteusis concessione. Atq; ita in re, de qua agimus, ad quam tam dispar viresq; est causa, & ratio, de uno ad alterū non valeat argumentū; quod non procedere, quādō inter verūq; diuersa ratio reperitur, ex Nat. conf. 679. nu 5. vol. 4. tra.

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

tradit Intrigliol. d. quēst.  
2.nu.4. quod ad alia pleraque, in quibus propter similitudinem Doctores nostri de vno ad alterum argumentantur, obseruandū erit; ne incautē argumentum, tametsi aliás licitum, & frequens, admittatur, vbi id diuersitas rationis non patitur.

5. Ex eo autem, quod in emphyteuta tradidimus, ad inquilinum infertur, ut, durante conuentæ locationis tempore, è domo conducta expelli non possit, propterea quod cōtra locatorem dominus dominum pro alio, etiam extraneo patrocinatur; nec enim inter expulsionis causas, de quibus in l. æde C. locat. hęc reperitur scripta; nec rursus, locum hic sibi vendicare potest ingratitudo, quę super onerosum contractum, qualis est locatio, & cōductio, cadere nequit, ut scripsimus d.l. ex hoc iure d.c.2. different. 4.nu 22. Sed dicet aliquis, in re locata malè versari cōductorem, qui in illa contradic-

minum eius officium suum exhibet pro aduersario illius, quod legitimā præbet expellendi causam durante locationis tempore, iuxta d. l. æde in fin Rursus, negari nequit, domus domino acerbum esse valde, habitatorem illius pro alio contra se in iudicio postulate; pr̄sertim si causa gravis sit, aut criminalis, in qua ab aduersario accusetur, ita ut verisimile sit, quod si locationis tempore casum hunc præcogitasset, in locatione ipsa illum exceptisset; ex quo pro eo subintrat celebris, & recepta glossa sententia in l. tale paetum §. final. verb. per exceptionem, in fin. ff. de pact. quam passim Doctor extollunt ad hoc, ut pro expresso habeatur, quod verisimiliter cautum fuisset, si de eo præcogitaretur. Sed est respondendum cum Bald. in l vnic. num. 10. Cod. de his, qui ante apert. tabul. vbi pto declaratione doctrinæ illius scripsit, quod aut aliquid est omnino omissum, & habetur

habetur pro omisso. l. com-  
 modissimè. ff. de liber. &  
 posthum aut sequitur ad  
 aliquod expressum, & tunc  
 reputatur omissum casu,  
 id est, habetur pro cauto. d.  
 l. tale pactum. § final. l iam  
 ex hoc iure ff. de vulgar. &  
 pupillar. substir. quā Bald.  
 doctrinam sequitur Pere-  
 grin. cum relatis ab eo de  
 fideicomiss art. ii. num. 32.  
 & illa præsentī casui con-  
 uenit, qui quidem non se-  
 quitur ad aliquod expres-  
 sum in ipso locutionis cō-  
 tractu, ex quo pro cauto  
 habeatur, sed ut omnino  
 omissus pro omisso debet  
 haberi; præsertim, quod  
 nec præsumptiuē nobiscō-  
 stat, quod in oneroso con-  
 tractu, tali se pacto astrin-  
 gere voluisset conductor;  
 ut munere suo cōtrū loca-  
 torē vti ei liberē nō licu-  
 set; quod si locator aliud  
 voluisset, non sat est, id ita  
 cum voluisse, quia locatio-  
 nis cōtractus sola illius vo-  
 luntate non perficitur, sed  
 simultaneo vtriusque con-  
 sensu, & imputet ille sibi,  
 qui legē potuit apertius di-

cere, & nō dixit l. veteribus  
 ff. de paq. vbi est casus ex-  
 pressus contra locatorē in  
 ambigua cōventione; quia  
 in illius fuit potestate, le-  
 gem apertiū conscribere.

6. Quæritur deinde de  
 aduocato, qui patrocinijsui  
 annua salario habet à duo-  
 bus, inter quos lis postea  
 exorta est, quem illorū iuu-  
 are debeat. Quā quæstio-  
 nem potuit Specul. d. titul.  
 de aduocato §. i. nu 24 in  
 aduocato, qui habet feudū  
 ab vna ecclesia sub ea con-  
 ditione, vt ip. à adiuvet in  
 omni causa, & postea simi-  
 liter aliud ab alia recepit;  
 eamquè soluit dices, quod  
 si primā ecclesiam iniquā  
 causam souere sciat, secun-  
 dā iuuabit, licet prima pro  
 perjuro eum habeat: si verò  
 illud ignoret, primā per se  
 iuuet, & secundā per substi-  
 tutū argumēto tex. in l. ad  
 similitudinē. C. de episcop.  
 & cleric. Sed responsio ista  
 in vtroq; membro patitur  
 difficultatem; nam in pri-  
 mo, iniquitas causæ primæ  
 ecclesiæ cognita ab aduo-  
 cato illū excusat à patroci-  
 nio

## Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

nio pro ea suscipiendo  
absque conuenti anni salary diminutione; quia cō-  
uentio, et si de p̄estando in  
causas omnes patrocinio  
celebrata fuisset, de iustis  
intelligitur, & non de iniu-  
stis, quæ in conuentione,  
quantūcunq; generali in-  
clusæ nō cēsentur, sed sem-  
per exceptæ, iuxta rex. ce-  
lebrem in l. creditor. §. Lu-  
cius Titius ff. mandat. l. si  
procurator §. 1. ff. de con-  
dition. indebit. l. si pater ff.  
de his, quæ in fraud. credi-  
tor. quibus probatur, in ge-  
nerali mandato illicita nō  
venite, notat Oldrad. cons.  
66. in princ. & exornat Pa-  
lat. qui alios citat, in repe-  
tit. rubr. de donat. inter vi-  
rum, & vxorem §. 66. n. 26.  
& ad rem, de qua agimus,  
optimū p̄estat argumen-  
tum l. si libertus ita iura-  
uerit ff. de oper. libert. vbī,  
si libertus iurauerit dare  
se patrono, quot operas ar-  
bitratus sic, de ijs intelligi-  
tur iurata promissio patro-  
ni arbitrio commissa, quas  
æquum sit p̄estare; igitur  
conuentio cum aduocato

facta de operis suis in om-  
ni causa alicui p̄estandis  
non intelligitur de ijs, quas  
p̄estare, iniquum sit.  
Quiniorū si de his etiam  
conuentio expressa esset,  
non valeret, tānquam de  
maleficio, & re turpi con-  
uentio, quæ non valet. l. ge-  
neraliter. l. si plagij ff. de  
verbis. obligat. l. si à reo §.  
fin. ff. de fideiussorib.

At vero causæ iniquitas  
ab aduocato cognita, &  
quāvis manifesta illa sit, ex  
parte primæ ecclesiæ, non  
excusat aduocatū illius sa-  
lariatū, vt cōtra eam alteri,  
cuius item salariatus est, in  
causa illa patrocinari va-  
leat; nam, et si cōuentio cū  
non ardet ad iniuste causæ  
susceptionem; ardet tamē  
ad nullā, siue iusta, siue in-  
iusta illa sit, suscipiendam  
contra ecclesiā, patrocinio  
suo generaliter cōmissam  
pro annuo salario; & hoc  
enim in conuentione ve-  
nit, quod flagitiosum non  
est: alioquin diceremus, te-  
neri aduocatū contra suos,  
& etiā cōtra parentes suos  
iniuste agentes alteri, qui  
iuste

iustè agat, aut defendat, patrocinari. Quod nemo affirmabit, & circa patrem tradidimus sup.

Et hæc quidē quæ dicta sunt ad primū præcedētis distinctionis membrū, eandē vim habent in sequenti, in quo eadē militat ratio, ut aduocatus cōtra ecclesiā, seu cōmunitatem aliā, quam secundo loco sub patrocinio suo suscepit, alteram, quām antea suscepere pat, in lite inter viramque motam post vtriusque susceptionē, iuuare nō possit, tametsi secūda iniustè cōtendat, ut circa primā dictum est, quæ non videtur potius ius in aduocato habere ad patrocinandum ei contra eam, cui se postea addixerat, ante iurigut tamen inter illas suscitatum. Nec quidem, per substitutum facere, ei licebit, quod per se ipsum non licet, & argumentum de substituto præstando sumptum ex d. I. ad similitudinem. C. de episcop. & cleric. condacit ad casum, quo aduocatus ad munus aliud promoue-

retur, ex quo conditum patrocinij sui tempus perficere non posset, quo casu, ut residui temporis salariū lucretur, substitutum & quæ idoneum præstare debebit, longè aliter, ac quādō morte præuentus, aut infirmitate impeditus implere non posset, de quo inferiū tradetur. Itaque, in casu proposito neutrū iuuet, quæ videtur esse glossæ sententia in cap. final. in gloss. final. de postuland. quæ loquitur in clero beneficia habente in pluribus ecclesijs, & querit, an possit patrocinio iuuare vnam contra aliam, & respondet, quod neutrā iuuet, et si Abb ibi num. 4. in fin. Innoc. & alios secutus teneat quod sine pæna possit iuuare primam. Sed vñque res se habeat ad pænam ingratitudinis in hac specie evitandam, ad vtriusque salariū lucrādum, qui est casus, de quo agimus, neutrā partem iuuet, ac si potest, non aduocati, sed mediatoris inter viramque officium

# Director. Aduoc. & de priuileg.eor.

assumat ex consilio Hostiensis relato à Panormit.d.n 4. Quanvis priorem adiuari ab aduocato ambo rum per se debere, posteriorem vero per substitutū, magis placeat Azeued. l.18.num.3.titul.16 libr.2. recopilat. cum Tiraq. de primogenit. quæst. 17. in princip. num. 14. cum sequentib & Rolan. cons 44. num. 23. cum sequentib. libr.2. ab eo relatis nouissime Batbos. ad Ord. Reg. lib.1.titul.48 §.27. num.3. Quod tendit ad Speculat. sententiam de qua sup.

7. Illud cōstat aduocatū accusantis testamento, cō modum sibi in illo relictū capere non posse, sed ab eo tanquam ab indigno auferri fiscus, ut probat tex. in l. post legatum. § sunt qui putant, ff de his quib. ut indign. & ibi gloss. & communiter Scribb. Tiraq de retr. lignagier. § 1. gloss. 9. num. 263. Peregrin. de iur. fisc. libr. 2. titul. 7. num. 15. Marienz. l.u. titul 8 gloss. 3 num. 13. libr. 5. recopilat. Quod limitatur in fisci

aduocato, qui officij necessitate excusat. d.l. post legatum §. aduocatum; & in tutorē idem probat tex. in tutorē ff. cod. t tal. & in quoquis alio administratore tradit Matienz. d. numer. 13. Filium quoque contra testamentum paternum pro alio postulan tem, legitimam non perdere, tenet Peregrin. d. titul. 7. num. 16. per l qui cūm maior § si patroni ff. de bon libertor. quia in legitima filius de damno vietando agit, & in legato, de lucro captando, & non par ratio est damni, ac lucri ad casum propositum, secundum gloss in d. §. sunt qui putant, & Bart. ibi.

8. Rursus, circā aduocatum aduersæ partis inimicum dubitari potest, an ab illa inimicitia causa repelli possit. Quam quæstionem pro parte affirmativa in Senatu decisam fuisse, fatetur Cabed. decis. 214. (quæ est ultima illius tomī) num. 10. part. 1. licet ipse num præcedente

contrarium magis probare videatur, nempe, inimicum, contra inimicum patrocinari, non prohiberi, subdens, quod in casu illo minus suspectus erit parti, cui patrocinatur, & meliori animo (ut est hominum natura) contra inimicum patrocinabitur. Quæ tamē ultima ratio me magis mouet, ut teneam, prohiberi eū posse, iuxta quod Senatus noster decreuit. Etenim sic clientulo patrocinij sui debitor est aduocatus, ut aduersario dānum iniuriosè nō inferat; quod ab inimico timete (ut est hominū natura) temerariū iudiciū nō erit. Porró, aduocatus maleuolo animo, & odio affectus, in aduersarium munus suū agēs, in multis iniuriosè illi nocere potest, moratorijs, scilicet, exceptionibus litem protelando; & deteriora alia in litis progressu calumniosè procurans, ut cōsiderat Valasc. sententiam hanc probans, & secundūm eam, Senatum pluries iudicasse, testificans cōs. 124.

nu. 2. cum sequentib. tom. 2. Pro qua item adducit, quod inimicus inimicum accusare nequit. c. 3. cum duobus sequentib. 3. quæst. 5. c. cūm oporteat de accusatione. Si ergo inimicus reum publici criminis, in cuius punitionem publica vertitur utilitas, accusare nequit, tanquam quilibet de populo, propter præsumptas de eo, quia inimicus est, calumniarum technas, atque machinationes in ipsa accusatione, pari ratione, & à fortiori etiam repellendi poterit aduocatus à postulando contra inimicum. Sic tamen accipendum hoc est, ut non quilibet inimicitia sufficiat ad repellendum eum, quanvis ad iudicis recusationem sufficiens illa sit; maior enim requiritur ad aduocati repulsam, in cuius ministerio non tantum aduersæ partis prædictum veritatur; nec tamen ad hoc capitalem exigo, aut grauissimam; sed talem, quæ cum in

# Director. Aduoc. & de priuileg.eor.

muneris sui ministerio sus-  
peustum efficiat coram iu-  
dice, cuius arbitrio decer-  
nendum hoc erit. Limitat  
verò predictam sententiam  
Barbos, ad Ord. Reg. libr. 1.  
titul. 48. §. 28. num. 4. ut nō  
procedat quando amicitia  
post suscepsum patrocinii  
orta fuit, & repellendi pa-  
tronicausa affectata; sicquè  
in sui ipsius causa iudicatu  
fuisse in Portucaleensi se-  
natū, refert ibid.

9. Illud certò constat,  
vnius partis aduocatū, pro  
altera in causa eadem ad-  
uocare non posse; & con-  
tra faciens præuaricationis  
crimine inuoluitur l. 3 ver-  
cul. Quòd si aduocato ff.  
de præuaricatorib. l. 1. C. de  
aduocat. diuersor. iudicior.  
Infamis efficitur. l. athle-  
tas. §. item præuaricator. ff.  
de his, qui not. infam. iun-  
cta gloss. ibi; & extraordi-  
naria pena punitur. l. 1. in  
fin. cum leg. sequenti ff. de  
præuaricatorib. d. l. 1. C. de  
aduocat. diuersor. iudicior.  
Sed leg. nostra Regia certa  
his statuta est pena perpe-  
tui exilij cum muneris de-

positione in Ord. lib. 1. tit.  
48. §. 13. & in Regno Ca-  
stellæ. l final. titul. 6 part. 3.  
pæna mortis imponitur,  
vbi vidēdus est Greg. verb.  
deue morir. Quanvis aduo-  
catus, propriè præuarica-  
tor non dicatur. d. 1. 1. ver-  
sicul. Cæterum ff. de præ-  
uaricatorib. sed impropriè,  
seu abusiuè, vt dixit gloss.  
ibi verb. præuaricator, &  
in d. l. athletas. §. item præ-  
uaricator verb ex vtraque,  
Paul. in l. 1. nu. 2. C. de ad-  
uocat. diuersor. iudicior.  
vbi tradit, quòd propriè  
præuaricator is dicitur, qui  
aliquem de publico crimi-  
ne accusat, & postea ab eo  
fortè corruptus, ipsum ab-  
solui patitur d. l. 1. §. is autē  
ff. de præuaricatorib. l. 1. §.  
præuaricatorem. ff. ad Se-  
natus consult Turpill. Ad-  
uocatus verò abusiuè, seu  
impropriè dicitur præua-  
ricator, sicut & omnes pec-  
catores terre, qui à lege  
Dei defecerunt, iuxta illud  
Psalmographi, Præuaricantes  
reputauit omnes peccatores ter-  
rae: & rursus, Vidi præari-  
cantes, & tabesceram: quia  
clo-

eloquia tua non custodierunt,  
Psalm. 118.

Hoc autem fallit in causa pupilli, cuius, aduocatus qui in illa contra patrem eius postulauerat, factus postea est tutor; non prohibetur enim, pupillo suo adesse in negotio eodem. l final. ff. de postulād. c infames, versicul. Item si contra patrem. 3. quest. 7. quod fauore pupillorum constitutum sic est, secundūm gloss. magnam in fin. in d. l. final. Specul. d. titul. de aduocato. § Nunc tra-  
temus nu. 11.

10. Sed est notandum quod præcita glossa tra-  
dit ibid. nempe, aduocatū, qui fuit pro vna parte in prima instantia, impune posse contra eandem in eodem negotio postulare in causa appellationis, quia appellationis causa non est eadem cum prima; idem tenet Specul. d. § Nunc tra-  
temus nu. 12. ubi ait, quod s̄aþe ita sit in Curia; & uterque allegat illud, de quo in l. tutor C. de negot. gest. ibi, satis, abunde quē suf-

ficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur; & quia aduocatus olim fisci, in causa in qua fisco patrocinium non præsttit, contra fiscū patrocinari, liberè potest l. 2. C de aduocat. fisc. Subdit verò Specul. num. se-  
quenti, quod honestius est, abstinere in causa appella-  
tionis à patrocinio contra priorem, per ea quę ibi scripsit. Quæ, sané, non de honestate tantum, sed de necessitate id euincunt; nam, etsi instantia appella-  
tionis, alia sit à priori, causa tamen quę utraque agitur, est eadem, vt di-  
cit Bald. in d. l. final. ff. de postuland. & idem ius, &  
partes eadem; idcirco non videtur quod, qui in prima vnam sub patrocinio sus-  
cepit, contra eandem po-  
stea in secunda patrocina-  
ri queat absque præuari-  
cationis crimine, vt esse  
communem Doctorū op-  
inionem, illam securus tra-  
dit Auenda. de exequend.  
mandat. lib. 1. c. 2. num. 25.  
versicul. Tamen contra,  
Azeued. L. 13. nu. 1. titul. 16:

# Director. Aduoc. & de priuileg.eor.

lib. 2. nou. recopilat. Ioan.  
Gutierr. practicar. libr. 1.  
quæst. 30. nu. 3. & aduersus  
alios cum relatis ab eo  
Burg. de Pace in proœm.  
leg. Taur. nu. 410. Lusitan.  
Barbos. ad Ord Reg. libr. 1.  
titul. 48 §. 12. nu. 1 & contra  
gloss. tenere Doctores, af-  
firmat Paul d l final. in fin.  
&, qui eiuscmodi rem se-  
cisset, tergiuersatorem vo-  
cat Guliel. relatus à Bald.  
ibid. Peregrin. de iure fisci  
lib. 7. tit. 2. n. 10. quia nō de-  
bet primā fidē irritā facere.

11. Sed postquam negoti-  
um principale est finitū  
per sententiam, de cuius li-  
quidatione est agendū, ad-  
duocatus, qui fuit pro vno  
in principali, poterit in  
causa liquidationis alteri  
contra illum impune pa-  
troncinari. Diversū est enim  
liquidationis negotium ab  
ipso principali, & diuersum  
utriusque ius, & factū; id-  
circō qui in vno fuit, po-  
test esse in altero contra  
primum, iuxta tradita per  
Auendan. d. c. 2. num. 25.  
versic. Item d l final. Cald.  
in relect. l. vnic. C. ex delict.

defunct. in quantū hæred.  
conueniant. 5. part. nu. 33.  
versicul. Quintò non pro-  
cedit. Qua item ratione,  
qui in possessorio iudicio  
vnius patronus fuit, alteri  
contra illum patrocinari  
poterit in petitorio, diuer-  
sa sunt enim, & nihil com-  
mune habet proprietas cū  
possessione, quod indubi-  
tati iuris esse, dicit Cald. d.  
num. 33. ad fin. De hone-  
state vero in casu isto, &  
multo magis in præceden-  
te abstinere se debet ad-  
uocatus.

12. Rursus, ab hoc cri-  
mine excusatū qui iussu  
iudicis priore derelicto ad-  
uersarium illius inclente-  
lam suam recipit; hoc autē  
euenit, cūm in auditorio  
duos sunt aduocati alijs pre-  
stantiores, quos nobilissi-  
mos vocant Imperat. in l.  
prouidendū in princip. C.  
de postuland. & unus præ-  
ripuit utrūque: poterit iu-  
dex in hoc casu alteri de  
alterutro prouidere iuxta  
tex. ibi in fin tradit Cabed.  
decis. 214. n. 8. part. 1. de quo  
apud nos Ord. lib. 1. tit. 48. §.

27. qux illi, qui vtrumque  
prēoccupauit, eligēdi facul-  
tate cōcedit, quē sibi velit.

13. Præterea, quanuis  
præuaricationis crimen  
committat, non solūm qui  
vtrique parti patrocinatur,  
sed etiam qui clientuli sui  
secretum sibi commissum  
alteri parti reuelat, vt tra-  
dit Auendan. d.c.2.nu.25.  
in princip. citato Specul.  
d.9. Nunc tractemus nu. 10.  
versicul. Caeuat. Azeued.l.  
17. num. 1. cum sequent.  
titul 16. lib. 2. nou. recopil.  
Mart. de iurisdict 3. part. c.  
7. nu. 23. & alijs citatis Bo-  
uadill. politic. lib. 2. cap. 5.  
num. 25. gloss. in summa,  
tom. 1. vel qui aduersario  
in eandem causam consi-  
lium præbet, Ord. d. titul.  
48. §. 13. tamen non idem  
obtinet econuerso, vt qui  
vni consilium præsticit, pro  
altero aduocare nequeat  
in negotio illo, de quo à  
primo consultus fuit, quā-  
uis secreta causæ illi reue-  
lasset, vt tradit gloss. d. l.  
final ff. de postuland. sub-  
dens, quod alioquin nulli  
homini consiliū esset dan-

dum, & quod sic defacto iu-  
dicatum fuit, idem tenet  
Specul. d. 9. Nunc tracte-  
mus, nu. 11. vbi etiam dicit,  
quod alioquin nulli esset  
cōsilium dandum, & quod  
sæpe vidit, ab aliquibus pe-  
ti consilium, non ut accep-  
taretur, sed ut illi postea  
parti alteri consulere eru-  
bescant; sequitur Cald. in  
releet d. l. vnic. 5 part. n. 33.  
versicul. Secundo, & Iean.  
And. in addit. ad Specul.  
loco proximé citato fate-  
tur, quod omnes Doctor.  
Bonon. in hoc concorda-  
runt, subdens tamen, quod  
ipse nulla ratione patroci-  
naretur contra illum, pro  
quo dedisset consilium, re-  
cepto salario, & maximè  
in scriptis, & hoc ipsum  
probat Bald secutus Gu-  
liel. ab eo relatum in d. l.  
final. & Paul. ibi prope fin.  
Iean. And. secutus, vbi di-  
cit, quod ista est veritas,  
Peregrin. d. libr. 7. titul. 2.  
nu. 11. Gutierr. lib. 1. præst.  
quæst. 30. num. 5. Cabed d.  
decis. 214. num. 15. Em-  
man. Barbos ad Ord. Reg.  
lib. 1. titul. 48. §. 12. num. 1.  
lucta

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

Iuxta quæ vtraque sententia ad concordiam reducitur, intelligendo primam, quando consilium est præstirum absque salarij reditio[n]e; de quo videndus est Gutierr. d. quæst. 30. à num. i. Secundam verò, quando condigno soluto salario præstitum fuit. Et de utriusque mente concordia ista est.

Addendum tamen primæ est, quod, et si consiliū fuisset præstitum, condigno salario soluto, & secundum propositam sibi facti narrationem, aduocatus, causæ merita non pro illo state, à quo consultus fuit, respondisset, sed pro altero, istius postea in eadem causa aduocatus impune esse poterit, salvo tamen secreto sibi à primo consilio, dum consilium petetur. Si enim aduocato hoc non licet propter consilium antea præstitum, propter modicum consilii salariū, maioribus fraudetur stipendijs ex litis progressu obuentutis absq[ue] culpa sua; nec est, de quo

iustè conqueri possit primus consultor, cui fidem de patrocinādo illi in causa nō dedit aduocatus ab eo consultus; sed potius, ut abstineret, monuit, & cōsuluit, si iustè agere vellet; & ita in casu isto non dubiè sentit Ioan. And. in addit. ad Specul. d. §. Nunc traetemus nu. ii. & tenent Rayner. & Alberic, in d. l. final. sī intelligētes gloss. ibi, Angel. & Doctor, in l. Labeo ff. de arbitr. secundum Burg. de Pace in l. i. Taur. nu. 644. vbi ait, quod s̄a[ve] alibi hoc traditur, sequitur Gutierr. d. quæstion. 30. nu. final subdit tamen, quod hoc nunquam faceret absque precepto, & mandato iudicis, in hoc quoque secutus eundem Burg. d. nu. 644. ab eo citatum; quo in loco de facto proprio sibi contingente ita testificatus est; idem probat Tiber. Decian. in Apologia pro Iurisprudentib. cap. 22 cui titulus. De officio consulentis nu. 14. Et Ioan. Andr. loco proximè citato idem planè sentit

sentit, quando, et si pro pri-  
mo consilium præstisset,  
secundum propositos sibi  
ab illo terminos, alijs de-  
inde ab alio diuersis pro-  
positis, in eodem negotio  
pro illo suo munere fun-  
geretur; ad quem casum  
Ioan. Andr. eo in loco re-  
fert, & sequitur Paul. d. I.  
final num. penulti. ff. de  
postuland. Auendan. d. c. 2.  
num. 25. versicul. Item, si  
ex alio fundamento, vbi ad  
idem citat Bald. in l de tu-  
rela C. de in integr. restit. &  
Dec. in l nemo potest mu-  
tare consilium. ff. de regul.  
iur. & eos secutus Cald. d.  
num. 33. versicul. Quartō,  
qui tamen loquuntur in  
casu alio à nostro diuerso,  
de quo infra. Tenēda verò  
est prædicta opinio in præ-  
dictis speciebus, à quibus  
prævaricatoris nomen lō-  
gè, ac prorsus abest; ipsius  
etiam verbī spectata ety-  
mologia, quæ à varietate  
est, dicitur enim prævari-  
cator, quasi varicator, se-  
cundum Vlpian. in l. i. in  
princip. ff. de prævarica-  
torib, & in l. prævaricato-

res ff. de verbis significat.  
quæ varietas longé abest  
ab eo, qui vni consuluit, &  
secundum id, quod consul-  
tus respondit, pro alio po-  
stea in iudicio postulat, ut  
in priore specie; & ab illo,  
qui contrarium non po-  
stulat, sed diuersum ab eo,  
quod prius respondit, sup-  
posita propositorum sibi  
ab utroque terminorum  
varietate, ut in posteriore.

14. Illud etiam est no-  
tandum, quod, et si malè  
agat, iuxta posteriorem  
sententiam, qui contra cō-  
silium à se vni præstitum,  
salario recepto, pro alio  
postea in eisdem terminis  
postulat; non tamen ex hoc  
crimē prævaricationis in-  
currit; quia ante susceptū  
primi patrocinium non  
committitur; quod non  
suscipitur per simplicem  
consilij præstationem, sed  
per postulationem coram  
iudice pro clientulo factā.  
Atque ideo prævaricatio-  
nis pæna in hoc casu sta-  
tuta, ad alium extendi non  
debet, iuxta vulgares tra-  
ditiones. Sicut non exten-  
ditur

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

ditur ad casum, in quo ad-  
nocatus, contraria diuer-  
sis temporibus à diuersis  
consultus, in eisdem ter-  
minis responderit; quo ca-  
sa eos excusari, qui sic cō-  
traria responderint consu-  
lentibus se, propter verbū,  
*credo*, quo vti solent, tradit  
Bald in l. de tutela num. 4.  
C. de in integr. restit: mi-  
nor. vbit tamē subdit, quód  
erubescenda est ista varie-  
tas; quā etiam detestatur  
Angel. in l. Labeo in fin.  
ff. de seruitut. rusticor. præ-  
dior. dicens, quód ab hoc  
caueat vnuſquisque, vt ab  
igne; quia non trahuntur  
consilia ob malignitatem  
linguatum in bonam fidē;  
sed potiū in falsitatem, &  
illo citato, Dec. in l. nemo  
potest mutare consilium  
num 1. in fin. ff. de regul.  
iut. Notanda verō contra  
prævaricatores sunt verba  
Pauli, quæ scripsit in l. i. in  
fin C. de aduoc. diuersor. iu-  
diciar. vbi, *Rogo vos*, inquit,  
*caueatis ab istis prævaricatori-*  
*bus, ne eueniait vobis, quod enci-*  
*nit in persona Oldradi, qui po-*  
*slea dolore, trifitiaquē perijt.*

15. De illo non dubi-  
tatur, posse, nempe, qui fuit  
iudex in causa aliqua, fini-  
to postea officio ante cau-  
ſe terminationem, patroci-  
nari in illa alterutri parti,  
quam iuste agere, aut de-  
fendere arbitretur: licet  
contrarium inconsulto  
scripserit Auenda. de ex-  
quend. mandat. d. lib. 1. c. 2.  
num. 23. in fin. nisi intel-  
ligatur, durante muneric  
iudicandi tempore, iuxta  
tradita, per eum d. nu. 23.  
tunc enim aduocare ei nō  
licet, qui iudicandi mune-  
re fungitur, I quisquis, in  
princip. iuncta gloss. ibi. C.  
de postuland. l. final. C. de  
assessorib. tradit Gratian.  
disceptacion. forens. c. 39.  
num. 1. tom. 1. Postea verō  
licet etiam in eadem illa  
causa, in qua iudicis offi-  
ciū administravit, vt post  
aliostradit Auiles in capit.  
Prætor. c. 3. gloss. Abogados,  
num. 2. vbi, hoc satis ex-  
pressè probari, dixit in d. l.  
final. Dicet tamen Specul.  
lib. 1. titul de iudice dele-  
gato § superest, in versicul.  
Quid è conuerso nu. 11.,  
quod,

quod, et si nullo iure prohibetur, ut quis possit esse aduocatus in causa, in qua fuit iudex, tamen honeste facit, si se abstinet; ne, malum commercū, præsumatur tempore quo iudex erat, habuisse.

E Conuersō verō inter omnes constat, eum, qui pro aliquo aduocatus fuit, non posse in eadem causa iudicandi munus postea exercere. c. postremo, de appellationib. notat Bart. per tex ibi in l. Prætor ff. de iurisdic. omnium iudic. Auiles, qui alios refert d. gloss *Advogados* nu 3. Auēdan. lib 2. de mandat Regalib c. 23. nu. 10. Azeued. l. 13. nu. 4. titul. 16 lib. 2. recopilat. Cabed decis. 20. nu. 2. part. 1. idqué antiquis Sapientibus placuisse, habetur in l. 10. titul. 4. part. 3. ex ratione, de qua ibi, vbi Gregor. verb *no deue oyr*, refert Specul. titul. de assessorie §. final. tenetem. quod hoc casu sententia sit nulla. Sed Specul. ibi in assessorie loquitur; & de iudice ordinario, qui in eadē

causa fuerat aduocatus cōtrarium scripsit secutus Vincent. ab eo relatum d. titul de iudice delegato §. superest versicul. Item si fuerit aduocatus, nu. 10. vbi scripsit, quod, qui fuit aduocatus, potest esse iudex ordinarius, secundūm Vicent. & Ioan. And. in addit ad eum ibidem verb. Prætor, declarat, quod recusari tamen possit, ut ita suscepsum antea patrocinium iustum præbeat recusationis causam in ordinario; quod tenuit Alex. in d.l. Prætor nu 5. quam simul est interpretatus cū l solet proximē præcedēte ff de iurisdic. omnium iudic. vbi scripsit, quod iste est unus de casibus, in quibus de iure civili recusari potest ordinarius, idem tenet Paul. in l. quisquis nu 1. C de postuland. differentiam constituens inter ordinarium, qui fuit aduocatus, & delegatum; ut illius sententia, si non fuit recusatus, valeat: istius verò etiam absque recusatione non teneat, quasi

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

quasi, eo ipso, quod in delegata causa fuerat aduocatus, delegata iurisdictio non subsistat. Et in assessore loquens, quod sententia valeat, illo non recusato, contra Specul. tenet Paris de Puteotraet. de Syndicat. §. potestas nu. ii. fol. in libro meo. 63.

16. Ultimò, contra amicum postulare et si liceat, quia iure prohibitum id non reperitur, non tamen deceat; quia non omne, quod licet, honestum est, ut est in juris regul. & ita loquitur Abb. in cap. final. num. 3. de postuland. ubi scripsit, indecens esse, ut contra amicum quis assumat aduocationis, seu procurationis officium. Differentia vero circa hoc inter inimicum, & amicum stat in eo, quia contra inimicum patrocinari non potest aduocatus, illo excipiente, ut tradidimus supra: contra amicum vero, illo inuito, & repugnante, potest, si vult: sed honeste facit, si se abstinet; quia legem amicitiae offendit, qui contra amicum

suum aduersarium eius defendit. Et quia qui pro aliquo postulat, amicus eius est, iuxta definitionem, de qua in l. versicul. Postulare, ibi, desiderium suum, vel amici sui ff. de postuland. obijci illi potest ab amico, aduersus quem alij patrocinatur, Inimici mei amicus, amicus meus non est. Nec tamen obiectio hec euincit, ut amici inimico contra aliū non patrocinetur; nam ad id a magistratu compelli potest; quanuis enim compelli nequeat ad postulandum pro inimico suo, vel contra amicum suum, iuxta gloss. in dict. l. i. §. initium verb. ait Praetor in fin. tamen, pro inimico amici sui aduersus alium postulare, cogi poterit, iuxta text. ibi d. §. initium versicul. Ait Praetor, qui generaliter loquitur, & in l. prouidendum versicul. Si quis vero C. eodem titul. cum iusta excusationis causa non sit, esse amici sui inimicum illum, cui patrocinari iubetur, dummodo contra amicum iussus iudicis

dicis non vrgeat. Contra inimicum , itaque , suum postulare , non licet aduocato, illo opponente, contra amicum verò licet, sed non decet. Et econuersò , nec pro inimico , nec contra amicum postulare , compelli potest , iuxta glossam dicit. verb. ait Prætor. tradit Cabed. decision. 214. numer. 8 tom. 1. Et quod in amico dicitur , multò magis erga propinquos seruandum erit , in quibus duplex vinculum reperiatur , naturale vnum , sanguinis, scilicet , quod est indissolubile I. iura san-

guinis ff. de regul. iur. & aliud piçumptæ dilectionis ; in amico verò non est nisi vnum , quod Abb. dicit. cap. final. numer. 4. ciuile vocat , & accidentiale; & maximè , inquit, hodiernis temporibus , in quibus verus amicus non reperitur , quia in veris amicis debet esse idem velle , & idem nolle . Atque ita ibid numer. penultim. propinquitatem amicitiae præfert , ut propinquos potius , quam amicos patrocinio suo iuare debeat aduocatus.

---

CAP. QVARTI

S V M M A R I A.



Duocatum , qui  
moralem profite-  
tur disciplinam ,

& alijs inculcat , bene  
moratum esse , maximè de-  
cet ,

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

2. Aduocatus iurisperitus esse debet, quantum exequendo muneri pars sit, & alia pec- cat, & clientulo ad interesse tenetur.
3. De Lusitania nostra aduoca- tis, & Curiæ numeraris, & examine eorum coram Ma- gistratibus.
4. Aduocatum decet vox glo- riosa. Et declaratur, quæ in- telligatur gloriae vocis ap- pellatione.
5. Multiloquium, & procacitas damnatur in aduocato, & potest index nimirum ver- bosum ab auditorio ejedere, & etiam priuare officio.
6. In scriptis suis à conuicijs abstinere debet, & proferen- da non debet tacere; nec ita breuiloquus esse debet, ut pratermittat dicenda.
7. In iuriandi animus non pre- sumitur in aduocato qui in- iuriosa verba in aduersarium proponit in articulis, quando illa ad causa victoriam per- tinent.
8. Quando iniuriosa verba ad cause victoriam non condu- cunt, iniuriarum actione te- netur aduocatus qui illa scri- psit, protestatione in contra- rum facta haud quam excusandus.
9. De aduocatorum veste, & roga qua olim apud Roma- nos illis in usu erat.
10. In questione, an liceat Do- minis diebus, & alijs festi- uis in honorem Dei studere, media sententia, quæ & communis est, probatur, tra- dens, id licere, quando stu- dium principaliter lucri cau- sa non suscipitur sed ad illu- minationem intellectus, aut aliorum commodum.
11. Aduocato non licet diebus Dominicis, & festiuis alijs in honorem Dei ijs incum- bere quæ ad munus suum pertinent, proprij lucri cau- sa. Nec multitudo negotio- rum eum excusat, quando per alios & quæ idonee expe- diri illa possent tempore ha- bili.

## CAP. QVARTVM

*Aduocatus qualis debeat esse in se.*

**R**ia potissimum  
discutienda sunt  
indirectorio aduo-  
catorū, quæ quis-  
que qui huic se muneri  
addicit, obseruare semper,  
& præcauere maximē de-  
bet. si per semitam iusti-  
tiæ quam proficitur, vias  
suas ditigere intendit Pri-  
mum est, quælis in se ipso  
debeat esse secundum, qua-  
lis cum cliente: tertium,  
qualis erga aduersarium.  
Post quæ dispiciendam etiā  
erit de aduocato cum ad-  
uersarij aduocato: & de ad-  
uocato erga iudicē. Postea  
de priuilegijs, & de pericu-  
lis aduocatorum. Quod ad  
primum attinet. Qui dis-  
ciplina morali, quam didi-  
cit, alios adiuuare, publicē  
proficitur, moralis & ipse  
esse debet, id est, bene mo-  
ratus; vt cum vitæ profes-  
sione vitæ mores conue-  
niant; ait enim Vlpian, Iu-

risconsule in l.i. in princip.  
ff. de iustit. & iur. Iustitiam,  
namque, colimus, boni, & aquæ  
notitiam profitemur aquum ab  
iniquo separantes, licitum ab  
illicito discernentes, bonos non  
solum meū panarum, verū  
præmiorum quoque exhorta-  
tione efficere cupientes, veram  
(nisi fallor) philosophiam, non  
similitam effectantes. Quæ  
omnia magna valde sunt,  
& ad omnes pertinent, qui  
iura tractant, siue iudican-  
do, siue postulando, aut cō-  
sulendo, aut etiam inter-  
pretando. Qui ergo hac alijs  
inculcat, & in aliorū com-  
modū publicē exercet, talis  
esse debet, vt vitæ suæ mo-  
ribus nō cōtradicat ijs, quæ  
lingua sua dicit, ac calamo  
scribit: ne alias dici illi pos-  
sit, *Quid autē vides festucā in  
oculo fratris tui, & trahē in oculo  
tuō nō vides?* Matt. 7. & Luc.  
6. & cū alijs iustitiæ semita  
prædicauerit, ipse reprobus

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

efficiatur. Quomodo enim,  
2 qui adulter ipse est de adul-  
terio alios accusabit? Qui  
sine peccato est vestrum, pri-  
mus in illam lapidem mittat;  
ait Dominus Ioan.8. Aut  
quomodo, qui propriam  
tenet concubinam, aliorū  
concubinatum legibus in-  
crepabit? Mores sané, quos  
in se quisque approbat, in  
alijs reprobare non potest  
l. in arenam. C. de inoffi-  
cios testam. Et non decet,  
ut alterius iustitiae patronus  
existat, qui in se ipso iustitiam  
contempst; sunt verba D.  
Thom. 2.2. quæst.71. artic.  
21 in corpore, non procul  
á fine. Sit ergo bene mora-  
tus, qui cupit esse bonus  
aduocatus. Quod loquens  
in consulente tradit Tiber.  
Decian. & explicat, qualis  
in illo bonitas exigatur, in  
Apolog. pro lorispruden-  
tib. cap. 22. quod est vlti-  
mum, titulo de officio  
consulentis à numero 21  
cum sequentib.

21. Deinde callere iu-  
ra debet, & scire leges pa-  
trias, quantum muneri  
suo exequendo conueniens

sit; & aliás peccat eo ipso,  
quo se ingerit officio, ad  
quod sufficientem scien-  
tiā non habet, ut ex In-  
nocent. in cap. cūm in  
cunctis de elect. & Abb.  
ibi. num. 4. & communiter  
Scribb. tradidimus supra.  
Et commune hoc omni-  
bus est, ut scire teneantur  
quaꝝ ad statum, officium  
quæ suum pettinent, ut  
tradit Villalob. in summ.  
tract. 3. difficultat. 10. num.  
2. vbi aduocati, & iudicis  
meminit ad id ipsum; &  
in exteriori etiam iudicio  
tenebitur aduocatus resar-  
cire damnum; & interesse  
imperitia ipsius causatum.  
Non tamen semper ex im-  
peritia tenetur aduocatus  
ad damnum, & interesse;  
vastum est enim, ac pro-  
fundum iuris Pelagus; &  
omnium habere memori-  
ā, & penitus in nullo  
peccare, diuinitatis ma-  
gis, quam mortalitatis est,  
ut ait Imper. in l. 2. §. si  
quid autem Cod. de ve-  
teri iur. enucleand. sed  
de hoc inferius agemus,  
vbi de aduocato erga  
clien-

clientem se offert disputatio; nunc quod ad ipsum attinet aduocatum, satis sit dicere, eum, qui ad hoc exercendum munus publicè se exhibet, scientia iuris pollere debere, qualis ad tale munus idoneè exercendum sufficiens sit. Nec tantum iuris scientia requiritur in aduocato, sed & prudentia in agendo, & eloquentia in proponendo, de quibus, ut inter se diuersis sigillatim, & eleganter egit Lancellot. polit. de officio aduocat, §. Nemo opinor, sub titul. de scientia, qualis requiratur in aduocato, & duob. sequentib. & ait Didac. Perez in l. 2. titul. 19. libr. 2. Ordin. gloss. magn. in princip. quod aduocati litteris, & moribus pollere debent, ut recta exquirentibus consulant: *Quia, inquit, aduocatus debet esse verax in sermone, iustus in iudicio, & plenus in consilio.*

3. Apud nos sane ex leg. Regia libr. 1. Ord. titul. 48. nullus admittitur, nisi post octo studiorum

annos consumptos in Co- nimbricensi Academia, & post primam ibi gradus lauream adeptam, solito coram eiusdem Academæ Doctoribus, atque Gymna- siarchis examine prece- dente: aliquando tamen Princeps ex causa in his cum aliquibus dispensat. Qui vero in Curia suppli- cantium, quæ suprema cau- sarum iustitiae est, ad quā ab inferioribus iudicibus supplicatur appellationis, aut grauaminis auxilio, vnde supplicationis illa nomen assumpsit, hoc ad- uocationis munere fun- guntur, aliud prius coram ipsius Curia Magistrati- bus subeunt examen, & certus eorum numerus est lege Regia statutus quadagesimum non egrediens, Ord. d. titul. 48. §. 1. ut in l. iubemus. Cod. de aduocat. diuersor. iudic. vbi aduo- catorum numerus in Cu- ria præfecti prætorio ad quadagesimum redactus erat in Curia Romana Et catu aduocatorū feligun- tur decem causis graviori- bus

# Director. Aduoc. & de priuileg.eor.

bus deputati in sacro Pon-  
tificis, & Cardinalium cō-  
sistorio, vnde Consistoria-  
les aduocatij dicuntur, de  
quibus Decian. d. Apolog.  
pro Iurisprudentib. cap. 15.  
nu. 16. Et de Nostris Cabed.  
decis. 214. a num. 2. part. 1.  
**Cost.** tractat. Domus sup-  
plication. annotat. 17. a nu.  
3. Quibus addo, quod, cūm  
euenit, vt aliquis ad tem-  
pas recipiatur loco alicu-  
ius ē numeratijs, quandiu  
impeditus ille est, non alias  
admitti deberet, quām sub  
eodem probatus examine,  
quia dispositum in prin-  
cipali, & in substituto eius  
locum sibi vendicat; præ-  
sertim, cūm eadem in illo,  
quæ in proprietario, aut  
etiam maior examinis ra-  
tio militet. Subeat ergo  
examen lege Regia gene-  
raliter statutum in omnes,  
qui ad munus aduocatio-  
nis in Curia assumuntur;  
si non & id illi Principis  
indulto remissum sit. No-  
tanda est verò lex Regia  
d. titul. 48. §. 1. quæ in ex-  
amine Magistratibus iniun-  
git, vt ultra sufficientem

literarum peritiam ad bo-  
nos etiam vitæ mores at-  
tendant. Quarē, si duo  
æqualiter docti concurrāt,  
& à bonis vñus bene audit,  
alter malè, præferri debet  
ille; qui & præponēdus est  
quāvis qui male audit, do-  
ctor sit, quasi in eo neces-  
sarium illud legis requisitū  
deficiat, sine quo, quātūuis  
doctus admitti nō debeat.

4. Præterea, gloria  
voce in patrocinio causa-  
rum pollere debet aduoca-  
tus, vt habetur in 1. aduo-  
cati. C. de aduocat. diuer-  
sor. iudic. ibi, Gloriosa vocis  
confisi munimine laborantium  
spem, &c. vbi Salyc. notat,  
& sequentibus verbis ex-  
tollit. Ex isto textu nota,  
& corde sensus addisce, & speciali-  
ter collige, quod quis debet sibi  
eligere aduocatū gloriosam vo-  
cem habentē; ratio est, quia vox  
gloriosa auditur audie, & faci-  
liter imprimit quod intendit,  
& aures demulcit audientium.  
Et patronus Actoris prius  
loqui debet, vt tradit Spec-  
culit. de disp. & allegat. §.  
Nūc breuiter, Bouad. polit.  
lib. 3. c. 14. n. 74, in fin. to. 2:  
Glo-

Gloriosę autem vocis appellatione non intelligitur illa, quæ multiloquio contendit, altius attollitur, & pertinaciter in auditorio cōcrepat; eiuscemodi enim vox, ut, & garrula, audītē nō auditur, nec doctis iudicibus, & assessoribus imp̄mit, quod intēudit, nec aures demulcet, sed offendit potius, gloriose ergo vocis appellatione in d. l. aduocati, illa intelligitur, qua doctus patronus de scrinio pectoris sui profert noua, & vetera disciplinæ docimēta, leges, scilicet, & Doctores antiquos, & modernos fideliter, ac dilucide citatos, pro causæ instructione, quam tuetur. Hæc est gloria vox, quę patrono, cuius est, humanæ laudis gloriam compatat, & iudicat, corā quo est, causæ merita pādit, & clientulo, pro quo est, cōmodū victoriæ patat.

Ad hoc nota tex. qui multi sonę vocis nō mēminit, nec multiloquæ, sed gloriose.

5. Multiloqua autem aduocati vox, garrula, & procax damnabilis est, iuxta

mulca, quæ contra multiloquium, & inordinatam loquacitatem, ex D. Gregor. habentur in c. sit rector, ex versicul. Sed cūm rector 43. distinc. vbi inter alia legitur, quod nec recta quidem nimē, & inordinate proferātur, quia sāpe dictorum virtus perditur, cūm apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur, & auctorem suum hæc eadō loquacitas inquinat, qui seruire auditoribus ad vsū profectus ignorat. Et, reuestra, ita est; quia legum sensus & medulla non in sermonum folijs, sed in radice rationis consistit, ut alias habetur in c. Marcion I. q. 1. & cultū suū iustitia perdit, quando silentia iudiciorū, obstrepentium turbo confundit. c. in loco 5. q. 4. Sed in propositū nostrū plura adducit Specul. titul. de adcat. §. Nunc de exodijs, & arengis aduocatuum, Lāceliot. polit de offic aduocati. §. 4. de eloquentia, Auiles in capit. Prætor. c. 36. gloss. Abogados', per rot.

# Director. Aduoc. & de priuileg.eor.

vbi postremo adducit illud ecclesiastic. 7. Noli verbosus esse in multitudo presbyterorum ; & non iteres verbum in oratione tua, Azeued. l. 4. num. 1. titul. 16. libr. 2. nou. recopilat nouissimè, & latè Bouadill. in polit. lib 3. cap. 14. num. 64. cum sequentib. tom. 2. Notanda quoque in propositum nostrum sunt verba tex. in l. quisquis , versicul. Ante omnia. C. de postuland. Ita prabeant , inquit , patrocinia iurgantibus , ut non ultra quā litium exposcit utilitas , in licentiam conuiciandi , & maledicendi temeritatem prorumptant ; agant quod causa desiderat ; temperent se ab iniuria; nam , si quis adeò procax fuerit , ut non ratione sed probris puzet esse certandum , opinionis sua imminutionem patietur ; idest , secundum glossam ibi , opinio sua denigrabitur , & secundum Specul. d. titul. de aduocat. §. 1. num. 9. damno famæ , & opinionis multabitur. Ultra quā famæ , & opinionis iacturam , & multitam , aliam à iudice patietur procax , &

nimiū verbosus aduocatus ; poterit enim ejici ab auditorio , & consortio aduocatorum secundum Specul. d. titul. § 1. num. 9. & d. § Nunc de exordijs , nu. 11. vbi dicit , quod bene faciet iudex , si tales ex officio suo excludat , tanquam auditorij sui turbatorem c. in loco 5. quæst. 4. Perez libr. 2. Ordin. titul. 19. l. 1. in gloss. magna quæst. 11. vbi dicit , quod potest silentium imponi aduocato verbo sub pena etiam suspensio- nis ab officio , per gloss. in l. ex ea causa ff. de postuland. & rursus idem Author in l. sequenti , col. final. versicul. Caveat etiam , Bouadill. d. num. 64. vbi plura in propositum adducit Et non solum ab auditorio excludere , sed etiam ab officio privare potest iudex nimirum verbosum , secundum gloss. 1. n. l. ex ea causa ff. de postuland. quam singularem vocat Roman. sing. 739. & sequuntur alij , quos refert , & sequitur Auiles d. gloss. Abogados , nu. final Paz in praxianotat. §. nu. 5.

s. nu. 5. Bouadill. d. cap. 14.  
nu. 65. vbi plures refert in  
gloss. liter. i.

Et sanè, pæna hæc priuationis officij in verbo sum, & procacem aduocatum edita, grauis est; sed longè grauior, & formido losior illa quam tales, qui lingua sua deliquerunt, sustinebunt, glossæ nostræ testimonio in §. item surdus. verb. amittunt, instit. quib. non est permis. facer. testarent. vbi ait, quòd impij aduocati loquendi facultatem amittunt, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, quia per quæ quis, inquit, peccat, per hæc torquetur. c. literas, de tempor. ordination. cum alijs. Cuius quidem pænæ, quasi non ratò, sed frequenter contingētis meminit Hollcotth in Sapient. lect. 55 fol. 88 vers col. 1 relatus à bene crudito viro Lusitano nostro Emanuele à Valle in libr. de incantationib. seu ensalmis sect. 2. c 3 nu. 5 qui nuncupatus Author præcitato loco, cuius verba Valle reculit, hoc ut fre-

quens, experientiaque notum inculcat, vt mali aduocati, & falsi placitatores iusticiarij imminentे morte amittant vocem, linguam, & sensum; Cuius ratio est, inquit, quia non est iustum, quòd aliquis idem vendat alteri, & retineat sibi; isti autem linguam, vocem, sensum, & facundiam alijs vendiderunt, falso allegando, & iniustè iudicando contra conscientiam, malitiosè obijcendo, & cautelosè sugerendo; & ideo iustum est, vt quando indigent voce, voce priuentur. Hæc ille, quæ certè verba plena timoris, & formidinis sunt, ultra alia quæ ibid apud eundem.

6. Non solùm autem verbis, sed scriptis etiam suis à conuicijs abstinere debet aduocatus. d. l. quisquis C. de postuland. qui textus notandus est ibi, ut non ultra, quam litium exposcit utilitas in licentiam conuiciandi, & maledicendi temeritatem prorumpant; innuit, namque, aliquando licere causidico, verbis iniuriarum in aduersarium vti,

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

imō & debet, quatenus, scilicet causæ exposcit vtilitas, & non ultra, id verò in criminalibus potissimum causis frequenter evenit, quando, vel ad iuuandam probri probationem, super quo lis vertitur, vel ad minorem illatæ iniuræ aestimationem conueniat, aduersario, qui alias probosus est, vilis, & malis assuetus moribus, hæc obijcere approbria; neque enim quicquā, quod ad munus suum pro clientulo bene peragendum conueniat, tacere debet, quemadmodū tacenda proferre non debet, Specul. d. titul de aduocat. §. Nunc de exordijs. nū. 9. circa quod videndus est tex. ab eo ibidem cīatus d. cap. sit rector 43 distinet. ubi in princip. Sit, inquit, rector discretus in silentio, vtilis, & cautus in verbō: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reiacescat. Et plura ibi in propositum contra proferenda tacentes.

Sic, itaque, lingua verboſam, ac multiloquium præcauere debet aduoca-

tus, ut clientulo suo nō inferat damnum dum breui loquio studens aliqua pretermittit, quæ ad causæ viatoria coſiducunt, vnde idē Specul. eod titul. § conſuerter, nū. 3: aduocatum instruit, ne sit adeō breui loquus, ut aliquid omittat de causæ contingentibus, ne forte per leue cōpendiū ad graue dispendiū veniat, ut alias dicitur in c. qualiter & quādo 2. prope fin. de accusationib. tradit Decian. in Apolog. pro inrisprudētib c 15. n. 33. Quo sanè admisso, prævaricationis notā incurrit secundū Plinium lib. 1. epistolat. epistol. ad Cornel. Tacit. Prævaricatio est, inquit, transire dicenda, prævaricatio etiam, cursim, & breuiter attingere, quæ sini incutenda, infingenda & repetenda.

7. Cum autē conuitia, & aduersæ partis approbria in causæ articulis deduci oporteat, pro causæ meritis, quia ita expediat, & non conuiciandi animo sunt proponenda. Qui conuiciandi, & iniuriandi animus

mis et si aliàs præsumatur, cùm verba ipsa iniuriosa sunt, ita ut, contrariū assentiendi onus probandi incubat. si non conuitij, vbi gloss. & Scribb. C de iniuria tamē in aduocato iniuriosa, & famosa verba in articulis scribente, quando ita cauſa, quam tuetur, cōueniat; & pars sua veraciter probare intendit, iniuriandi animus non præsumitur; sed magis maneris sui recte exequendi animus; id enim pro maneris ministerio licitum est illi dummodō nō ultra quām litis exposcit utilitas in cognitia prouapat. l. quisquis C de postuland tradit Gratian. discep- tation forens. c. 81. nu. 18. & 19. tom. i. vbi tamen requiri, quod protestetur, quod non intendit iniuriari, cū Clar. in § final. quæst. 53. nu. 4. & Ceuall. q. 323. in fin. ab eo citatis; quod ego ut de consilio probo, sed ut necessarium non exigo, secundū Bald. infra citatum; stat enim pro aduocato munus suum exequente præsumptio, Quæ præsup-

tio, quia de bono est, & de eo, quod in officio suo facere debet, potentior est contraria, eamque elidit, quia una præsumptio, quæ contraria alia potior est, illam tollit. Diuus ff. de integr. restit. c. transmissæ, qui filij sint legitim. Alc. de præsumpt. regul. 2. præsup. 35. nu. 2. Mascard. conclus. 1225. per tot. Menoch. de arbitr. cent. 5. casu 472. & copioso per eūdem de præsumption. lib. 1. quæst. 30. Atque ideo in casu isto iniuriatum actione non tenetur: sicut nō tenetur, qui testes contra se productos infamiae, & turpitudinis causa repellere intendit, allegando, quod sunt infames, ribaldi, & alia huiusmodi, quæ ad testium repulsam cōducunt, secundū Scribb. communiter in l. final. ff. quod quisque iur. idque quānus non protestetur, quod nō iniuriandi, sed iuris sui tuendi causa facit, ut tradit Ias. in l. non solū §. morte num. 47. versicul. Tene conclusionem ff. de noui oper, nuntiat, quod

## Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

quod et si prober Bald. in d.l final. num 1. ait tamen, quod bonum est, protestari.

8. Vbi vero ad litis victoriā eiusmodi probra natura sua non pertinērent, iniuriarum tenebitur causidicus, haud quam munera sui ministerio excusandus, cū quā in causa illa nihil communē habebant iniuriosa verba, multòquē minus excusabitur prætendens, se, non ex consilio suo, sed clientis instantia, & importunitate, commotum ita fecisse: non magis, quā si aliquis de mandato vnius alterum probris & contumelijs publicē affecisset. Denique, nihil illi proderit, apud acta processus in cōtinenti protestari, se non iniuriandi animo eiusmodi probra allegare, sed quia sic suscepτā à se causē conueniat; cōstituto enim quod ad bonum causē non conduceant, protestatio inanis apparebit, & factō contraria, non magis, quā si quis alicui dicat: *Mentiris*

*saluo honore tuo, quod nihil cum iuuat, quo minus iniuriarum actione teneatur, tanquam protestatione factō contraria nihil valente;* ut post Dyn. notat Bart. & cōmuniciter Scribb. per tex. ibi, in l. si quis extraneus ff. de acquitend. hæredit. & alijs citatis Couar. lib. 1. var cap 11 num. 1. Ias. d.l non solum §. morte num. 47. vbi dicit, quod ista est communis, & vera sententia; quanuis contraria expressē teneat Specul. d. titul. de aduocat. §. iam nunc, versicul. Hoc tamē caueat; de quo, inquit, Scribb. non faciunt mentionem. Sed salua Ias. pace, Specul. eo in loco, qui est sub num 3. & 4. nec expressē, ut ille ait, nec conjecturaliter sententiam ponit, quam illi Ias. imponit, sed diuersam aliam, & in casu diuerso, qui est, quando vñus alteri notam aliquam infamiae improferat; quo casu potest ita lacestus, securè illi dicere. Tu mentiris, nam crudelis est, inquit, qui famam suam ne-

negligit, c. nolo, vt aliquis  
 12. quæst. i. subdit verò Specul. d. num. 4. quod hoc dicat, præmissa protestatione, quod non dicit animo iniuriandi, sed causa conservandi sui iuris; quia protestatio hæc multum operatur, iuxta d. l. si non conuicij C. de iniur. quam allegat, cum alijs. Atque ita, apparet, quod Specul. ibi diuersum à presenti casum ponit, & decidit: in illo enim, de quo Specul. verbum iniuriosum, mentiris, ad refellendam obiectam contumeliam tendit pro honoris proprij conservatione, quod ad præcedentem casum à nobis propositum magis pertinet: ex quo protestationem, quam in isto requirit Specul. d. num. 4. ego non desidero, cùm eo ipso, quo quis ab alio exprobratus sit, satis ita respondisse videtur, honoris sui defendendi causa, & non conuiciandi animo, vt ita protestatione alia ad hoc opus non sit. At verò præsens calus manifestam alterius offendam

iniurioso verbo includit, quam protestatio illi contraria non elidit, nec minuit. Igitur, nihil valet, nec prodest in casu isto, iuxta communem Bart. & aliorum sententiam in d. l. si quis extraneus, vbi etiam Ias. num. 3. & 7. communem dixit.

9. Corporis quoque tegumento tali utri debet causidicus, quod munus suum non debeat; nam talis quisque presumitur, quemadmodum indicat vestis, cum qua reperitur l. item apud Labeonem § si quis virgines f. de iniur. cuius tex. membrinum Summus Pontifex contra clericos militaria arma gestantes, relicto habitu clericali, in c. in audiencia de sententia excommunicat. & in propositum plura adducit Specul. d. titul. de aduocat. § Sequitur videre de vestibus aduocatorum, & inter illa metricum illud.

*Vir bene vestitus, pro vesti-  
bus esse peritus  
Creditur à mille, quanvis  
idiota*

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

idiota sit ille.  
Si careat ueste ; nec sit  
im uestitus honeste,  
Nullus est laudis , quanvis  
sciat omne, quod audit.

Qualem, verò, uestem  
gestare aduocatum deceat,  
describit ibid nu. 4. dicens,  
quòd non sit diuersi colo-  
ris, aut diuersæ partis, argu-  
tex. in c. final. 20. quæst. i.  
nimia breuitate, vel lon-  
gitudine non notanda , ut  
circà clericum dicitur in  
c. clerici versicul. Clausa,  
de vita , & honestat. cleri-  
cor. non sericis texturis va-  
riata , vel ex varijs colori-  
bus ornata. Sit, itaque, cor-  
poris indumentum pro-  
munere suo decens, & con-  
ueniens, iuxta illud Seneca  
ad Neronis uxorem,  
*Indue te delicate, charissima,*  
*non propter te, sed propter ho-*  
*norem imperij, cuius memini-*  
*nit Specul. loco proximè*  
*citato, & Chassen. in cata-*  
*log. Gloriæ mund. i. part.*  
*considerat. 23. nouissimè*  
*Mastrill. de magistratib.*  
*lib. 5. c. 2. n. 13. patt. 2. vbi ex*  
*nu. 10. de magistratum*

habitu, & indumento egit.  
Sanè olim apud Romanos  
aduocatis toga in vfa erat:  
ex quo togati ipsi dicun-  
tur ab Imperat. in l. fin. C.  
de postuland. & in l. prope-  
randum §. illo proculdu-  
bio, versicul. honoratijs C.  
de iudic. l. final. in princip.  
C. de sportul. l. 3. C. de ad-  
uocat. diuersor. iudicior.  
cum alijs eiusdem titul.  
Vnde gloss. in l. vnic. C.  
nulli licet. in fræn. & eque-  
strib. lib. 11. ait, quòd chla-  
mrys militum, purpura Re-  
gum, stola Sacerdotum, to-  
ga aduocatorum, habitus  
rusticorum, cuculla mona-  
chorum appellatur; quod  
distum refert Bald. in c.  
causam col. i. extrá de pro-  
bation. Chassen. d. conside-  
rat. 23. vbi, & rursus 7. part.  
considerat. 44. de uestibus  
aduocatorum egit, nouissimè Lusitan. Ennan Bar-  
bosad Ord. Reg. lib. 1. titul.  
48. in init. nu. 6. Dicitur  
autem toga à tegendo l. tu-  
gurij ff. de verbis signis. &  
erat ciuiū Romanorū ge-  
stamen, propriumquè in-  
signe, quo peregrinis vti  
non

non licebat. sed si accep-  
to ss. de iur. fisc. de illa  
Quintil. egit lib. 11. institu-  
tion. orat. c. 3. & ex eo, &  
alijs Prateius in lexicon  
iuris verb. toga, Menoch.  
de præsumption. lib. 4. præ-  
sumpt. 161. nu. 3. vbi, & nu-  
mer. sequentib. de toga, &  
alijs vestimentorum gene-  
ribus egit, explicatquè ex  
Hotoman. in commentar.  
verbor. iur. & Lazaro Bay-  
fio in libello de re vestiaria  
locis ab eo citatis. Sit ita-  
que, aduoçato decēs vesti-  
mentorū ornatus, sed nō  
superfluus, talis, scilicet,  
qui gravitati muneris cō-  
ueniens non sit; quod in  
illis reprehensibile esse,  
scribit Alber. de Rosat. in  
lynic. num. 7. versicul. Vn-  
decimum. C. de suffrag vbi  
ex Policrat. libr. 8. c. 14. re-  
fert, quod Demosthenes  
antequam virtus eloquij  
eius innotuisset, cultus ope-  
rosioris dicitur appetisse  
nitorem, sciens, quod pur-  
pura causidicum venditat;  
sed postquam famam, &  
notitiam eloquentiæ asse-  
cutus est, toga contentus

fuit, dicens, se velle, sibi à  
se potiūs, quam à nitore  
vestium, ac cultu exquisi-  
to cōstare gloriam, & ma-  
lens, vestem ex viro cog-  
nosci, quam virū ex veste;  
quem enim proprius at-  
tollit honor, vilitas vestiū  
non deprimit, emendica-  
tum enim videtur laudis  
esse suffragium, quod ab  
extrinsecus pender. Hac  
ille.

10. Postremò, inuesti-  
gandum est, an liceat ad-  
uocato ea, quæ muneris sui  
sunt, diebus Dominicis, &  
festiuis alijs in honorem  
Dei exercere. Ante cuius  
quæstionis determinatio-  
nem præmittenda est illa  
huic contigua, & inter Do-  
ctores celebts. An liceat  
diebus Dominicis, & feria-  
tis alijs in honorem Dei  
studere, de qua citati à Ce-  
ned. in collectan. ad decre-  
tal. collectan. 142. num. 7.  
& tres in illa reperiuntur  
opiniones, prima absolutè  
negat, quam tenuit Abul-  
ens. Exod. 12. quæst. 26.  
quia mens sacerularis disci-  
plinæ studio vacans à di-  
uinis

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

uiniis abstrahitur; & multo  
magis quam si mechanica  
arte homo his diebus vte-  
retur, quia huius exerciti-  
um non ita mentem oc-  
cupat, ut illud. Secunda  
oppositum contendit; quā  
cum D. Thom. 2. 2. quæst.  
122. art. 4. & alijs, quos re-  
fert, nouissimē probat do-  
ctissimus sacerdote nostro  
Francisc. Suar. de Religio-  
ne tom. 1. tract. 2. lib 2. cap.  
22. num. 3. ubi ait, non esse  
peccatum contra festi ob-  
seruationem, consumere  
totum diem festum in stu-  
dio scientiarum; nedum  
sacræ Theologiæ, sed etiam  
humanarum disciplinarū,  
etiam si lucrī causa id fiat,  
& quacunque occasione,  
modò ab audienda Missa  
homo non auertatur, &  
ante eum candem senten-  
tiā tenuerunt Caiet. Sot.  
Medin. Ludouic. Lopez  
Nau. & Armil. relati ab  
eodem Suar. sup. cap. 19.  
nu. 6 quam etiam sequitur  
communem dicens doctis-  
simus eiusdem Societatis  
religiosus Ioān. Azor in-  
stitut. moral. lib. 1. c. 27. ver-

sicul. Tertiō queritur, to-  
2. Tertia inter utramque  
media est, quā tenet Abb.  
in c. 1. n. 4. de ferijs: existi-  
mat enim licitum esse die-  
bus festiuīs studium, quod  
principaliter suscipitur ad  
illuminationē proprij in-  
genij, aut aliorum, et si ac-  
cessoriè lucrū veniat, mo-  
dō debitīs horis instetur  
circā diuina: quod si stu-  
dium principaliter lucrī  
causa suscipiatur, illicitum  
reputat: atque ita conclu-  
dit. d. num. 4. in fin. quod  
nescit excusare à peccato  
doctores legentes propter  
salarium diebus festiuīs,  
nec scholares: & hanc sen-  
tentiam sequitur Ioā. Bapt.  
Caccialup. tract. de aduo-  
catis quæst. vltim. n. 6 & 8.  
ubi pro eadem citat Ma-  
rian. Socin. in c. 2. de ferijs  
arg. 8. quæst. 1. & pro eadem  
Nicol. Intrigliol. de feud.  
centur. 1. quæst. penult. in  
fin. citat Aluar. in prælud.  
fendor. colu. 3. in princip.  
versic. Tu vero utramque,  
& Alberi. in l. omnes i. cir-  
ca mediū. C. de ferijs, com-  
munē satetur Nauarr. licet  
ipse

ipse secundam probet, & longe veriorem dicat, in summa Latin. c. 13 num. 12. versicul. Octauo. Doctor. Et quidem gloss. nostra secundam quoque probasse videtur, militiae armatae argumēto, quam in his diebus exercere licet; idquē nō tantum in bello suscepito pro defensione reipublicæ, de quo nemo dubitat cū D. Thom. 2. 2 quæst. 40. art. 4. sed etiam in offensiō iusto, secundūm Caiet ibi, glossa, inquam, in l. penult. verb. militarem. ff. de fer. & in xl. omnes indices C. eod. vbi Doctores idem probant, secundūm Suar. d. c. 22. nu. 3.

Mihī verò in hac quæstione tertia opinio, quæ media est, ut tutor probāda videatur, debent enim homines feriatis diebus in honorē Dei, Deo vacare; ad hoc, quippe, statuti sunt, cui nō vacat, qui temporalium lucrorū acquisitioni studet, Porro, qui studet, principaliter, ut doctor efficiatur, vel ut alios doceat, seu ut iuuet consilio, & ciuilis dif-

ciplinæ ministerio è lōgīn-  
quo venientes, tametsi mē-  
te Deo non vacet, quod  
optimum, & perfectum est,  
illī tamen bono opere va-  
cat; bonum, namque, opus  
est, ac Deo placitum, quod  
in proximorū, maximèquè  
in commune multorū iu-  
uamen principaliter tēdit;  
in quod scientia, eiusquè  
studium tendit, iuxta illud  
Sapient. 6. Multitudo autē sa-  
pientiū sanitas est orbis terrarū;  
quod in illo, qui principa-  
liter lucri amore studet, se-  
cūs est, de quo dicitur Ec-  
clesiast. 10. Nihil est iniquius,  
quam amare pecuniam. Ac-  
que ita facienda videtur  
cum Abb. d. c. 1. nu. 4. &  
communi, secundūm Na-  
uarr. d. nu. 12. differentia, &  
distinctio inter eum, qui lu-  
cri causa principaliter stu-  
det, & eum, qui non studet  
principaliter proprij lucri  
causa, sed ad illuminationē  
intellectus, aut proximorū  
commodum.

Et non obstat, si dicatur,  
solis seruilibus operibus  
præcepto contrari, ad quæ  
non pertinet studium libe-  
ralis

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

ralis disciplinæ ; quod naturam suam non mutat, eo quod lucri causa exerceatur : & quanvis mens illo intenta , & impedita Deo non vacet , quod est præcepti finis, non ex hoc violatur præceptum ; quia finis præcepti sub eo non comprehenditur, ut respōdit Suar. supra, etenim fateor, sine præcepti non obseruato, posse seruari præceptum; agnosco item, solis seruilibus operibus violari præceptum festorum calendorum. Perrò, seruiliū operum appellatio hic nō ita stricte accipienda videtur, ut ad mechanicas tantū artes referatur, sed ad eas etiam, quæ a nobilibus exercētur, quando in his eadem militet ratio, quæ in illis, ratio, nāque, legis inspicienda semper est, maximē, quando vocabuli proprietas non offendatur: quo in præsentī seruiliū nomine recte intelliguntur quæcunque corporis causa principaliter aguntur; corpus enim animæ seruit ; & inde seru-

lia opera dicimus, quasi illius intuitu, & causa facta, quod animæ seruit, & ideo his diebus, quorum obseruatio animæ causa, ut Deo vacet, est, instituta, ab operibus illis, quasi seruilibus abstinere debemus ex vi præcepti, ac ratione illius.

ii. Ex hac autem resolutione , vt propositum repetamus, infertur, aduocato non licere prædictis diebus agere, quæ ad munieris sui expeditionē pertinent proprij lucti causa. Nec excusatitur à violatione festorum multitudine causarum clientium, quæ ad eum, ut fama celebriorem confluentum, quos lucti causa suscipit, ita ut susceptis patrocinio suo causis superesse nequeat, nisi, & dies festos in illarum studium, & expeditionem insumat, si alij in eodem foro versentur, per quos non suscepta ab illo negotia, tempore habili, ac pari disciplina peragi queant; nam, dum ampliores lucri causa, & cupiditato plures admittit clien-

clientulos, quam par sit, luctum in illis querit, cuius ad acquisitionem festis diebus vti, abusus est. Nisi forte dicamus, & illum, qui his diebus sacris mysterijs interesse nequeat propter aceruum negotiorum, in quorum expeditionem & illud temporis spatium impendere, necesse habeat, non cadere in præceptum, tanquam legitimis, & honestis causis impeditum; quod, neminem affirmaturum, credo; quia sic impeditus impe-

diri liberè vult, dum ultra causas, quas tempore idoneo expedire posset, sciens, prudensque, alijs implicari le, sinit, aut etiam procurat. Quod vero circa præceptum audiendi Missam festis diebus, nullius negabit, affirmandum erit ex eadem ratione circa colendorum festorum præceptum, quod antiquius est, ac diuini iuris, illud Pontificij; tametsi hoc, & illud inspecto fine, ab eodem fonte dimanent.

---

CAP. QVINTI  
S V M M A R I A.

**A**duocatus officium suum roganti impertiri debet, & cogitur insitus. Notarius item a partibus rogatus tenetur confiscere instrumentum, & caupo, seu stabularius hospites recipere. Et vid. nu. 5. 6. 7. & 8.

2. Officium omne auctoritate publica, tametsi utilitate priuata sit, redditur ab inuitis.
3. Officiorum tria sunt genera; alia sunt priuata utilitate, & auctoritate; alia publica auctoritate, sed utilitate priuata; alia auctoritate, & utilitate publica.

# Director. Aduoc. & de priuileg.eor.

4. Officia priuata tam autho-  
ritate, quam viilitate, vo-  
luntaria semper sunt ante  
susceptionem, & postea in  
exercitio eorum. Secus in  
officijs secunda, & tertiae  
speciei, & in quo hac conue-  
niant, traditur.
5. Officium cauponis, seu sta-  
bularij publicum est autho-  
ritate, sed viilitate priuatū,  
& ideo hospites recipere te-  
nentur.
6. Aduocati officium, quodam-  
modo publicum dicitur; &  
quaratione sic dicatur, tra-  
ditur, cum differentia inter  
illud, & officium procura-  
toris, & nu. 7.
8. Aliquando officium aduoca-  
ti, simpliciter & absolute  
authoritate publicum est. Et  
legitima excusationis cau-  
sam prastat multitudo ne-  
gotiorum, & in caupone  
hospitum multitudo.
9. Etiam post susceptum à se  
ac captum negotiorum potest  
aduocatus legitima interue-  
niente causa ab eo discedere  
clientulo inuitio. Sed nec tñc,  
parte aduersa innare, ei licet.
10. Nec derelicta à se partis in  
casibus permisis secretæ ad-  
uersario reuelare, licet aduo-  
cato. Nec pro testimonio re-  
quisitus commissa sibi secre-  
ta manifestare potest; sed  
potest & debet, iudici inter-  
roganti amphibologicè res-  
pondere.
11. Aduocatus factus pupilli tu-  
tor postulare potest pro eo in  
causa, in qua alteri contra  
pupilli patrem patrocinaba-  
tur. Similiter & postulare  
pro se potest aduersus clien-  
tulum suum, si aduersario  
illius successit. Et intelli-  
gitur in vitroque casu, quando  
insta est postulatio.
12. Aduocatus in casu quo pu-  
pillo suo contra pristinum  
clientulum patrocinari po-  
test, secreta sibi à priore  
commissa reuelare nequit,  
& duob. numer. sequentib.  
Et intelligitur. l final. ff. de  
postuland. d. nu. 12.
13. Obligatio seruandi secreti,  
naturalis iuris est.
14. Superior pricipere quic-  
quam non potest contra id,  
cuius obligatio naturalis in-  
ris est.
15. Secretum sibi à clientulo  
commisum reuelare potest  
aduocatus, eoqué aduersus  
illum

# Cap. 5. De aduocato cum clientulo suo. 34

- illum vii in causa propria.
15. Qui dolosè qui quam in clientulum suum agit, pruaricationis crimen committit; & etiam qui pro viribus non defendit, ultra latrocinium peccat.
17. Culpa, alia lata, alia leuis, alia leuissima. Et de lata tenentur omnes qui de dolo tenentur, cui illa comparatur.
18. Lata culpa appellatione doli nō comprehenditur in legge penali. Dolo proxima est; differunt tamen in multis.
19. Latae culpa definitio, secundum gloss. & Bart.
20. Iuris ignorantia ad latam culpam pertinet, etiam in illiteratis, qui literarum peritos consulere potuerunt.
21. Aduocatus qui causam perdidit propter iuris ignorantiam quod alij eiusdem numeris professores communiter sciunt, ut de lata culpa clientulo tenetur.
22. Aduocatus de leui etiam culpa clientulo tenetur.
23. Leuis culpa definitio à Bart. assgnata, cum differentia inter illam, & latam, & leuissimam culpam.
24. Non praestare tantam dili-
- gentiam in alieno negotio, quantam in proprio, lata culpa est, quae dolum presumptum secum inuoluit.
25. Lata culpa quando committatur ab eo, qui tales in alieno negotio diligentiam praestat, qualem in suo praestare solitus est; & quando leuis.
26. Aduocatus non tenetur de culpe leuissima; & qua sit leuissima, traditur; & ex communi Doctorum resolutione, qui latam, qui leuem, & qui leuissimam praestare teneantur.
27. Aduocatus, qui gratis patricinatur solius clientuli gratia suscepit negotio, de lata solummodo culpa tenetur. Et quid in depositario, & commodatario.
28. Agrimensor etiamsi mercede recepta operam praestet, de lata solummodo culpa tenetur; secus in aduocato; & differentia ratio traditur, intellecta l. i. ff. si mens falsa mod. dixer.
29. Traditur casus ex Beret. doctrina in quo aduocati, & medici officium gratis impendentes, de leuissima re-

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

nentur. Et nu sequenti.

30. Depositarius suscipiendo deposito se offerens, de leui an de leuisima etiam tenetur.

31. Traditur, in simplici operarum locatione leuem culpam venire; in locatione vero rei, aut operarum cum rei interuentu etiam lenissimam, intellecta l. si merces ḡ qui columnam ff locat. & ḡ qui pro usu, instit. eod. titul. Et nu. 32.

33. Index qui per imperitiam male iudicauit, quam culpam prastare tenetur. Et numero 35.

34. Maior iuris scientia requiritur in iudice, quam in aduocato.

35. Index per imperitiam male indicans, de leni culpa tenetur, & non de leuisima.

36. Aduocatus omne damnum culpa sua illatum, cum de illa tenetur, resarcire debet; index non sic, sed ad magistratus arbitrium satisfacit; & differentia ratio assignatur.

Actio que contra iudicem competit proprie culpam ilius, ad heredes non transfit

illo premortuo antequam cum eo lis capta sit; secus in actione contra aduocatum. d. num. 36. versic. Hinc etiam venit.

37. Aduocatus damnum culpa sua illatum, in anima iudicio resarcire non tenetur, quandiu illi de contraria clientuli voluntate non constat.

38. Pena legis etiam si late sententia sit, & ipso iure statuta, in foro anima non debetur ante iudicis sententiam.

39. Index pro damno culpa sua illato, cum de illa tenetur, in foro conscientia manet obligatus etiam antequam ab illo exigatur.

40. Qui ad iudicandi munus assumitur inuitus, vel etiam voluntariè de partium consensu, pro leni culpa non tenetur in anima iudicio.

41. Aduocato, errorem suum corrigere, quando liceat. Legitimum aduocati impedimentum excusatione clientulo prastat. Ibid. versicul. Legitimum autem.

CAP. QVINTVM.

*De aduocato cum clientulo suo.*

**B**N multis aduocatus obstringitur ei, qui se fidei, & patrocinio illius committit: cui nedum post litem inchoatam, suscepit ariquem sub patrocinio suo causam officium suum sed alio impertiri tenetur, adeo ut, si inceptam a se causam deserat, ad interesse clientulo teneatur, ut tradit Angel. Aretin. in § præterea, nu. 2. instit. de leg. Aquil. sed & ante susceptam pro patrocinio requisitus praestare cogitur, nisi legitimam habeat excusatione. I. nec quicquam. §. obseruare, versicul. Aduocatos. ff. de offic. Proconsul. I. i. §. ait Prætor, iuncta gloss. ibi ff. de postuland. I. prouidendum versicul. Si quis vero C. eodem titul. & ita in aduocato tradunt Bald. nu. i. & Salyc. nu. 3. in I. inuitus

C. de procuratorib. Gail libr. i. obseruat 43. num. i. Didac. Perez lib. 2. Ordin. titul. 19. l. i. gloss. i. quæst. 9. Auil. in capit. prætor. c. 28. in gloss. Acogidos, num. i. versicul. Et ideo, Azeued. l. 22. num. i. titul. 16. libr. 2. nou. recopilat. Gratian. disceptation. forens. c. 56. num. 22. tom. i. & pluribus citatis Bouadill. politicor. libr. 3. c. 14. num. 56. tom. 2. post omnes Mastrill. do magistratib. i. part. libr. i. cap. 30. num. 78. & num. sequenti tradit, quod ad consulendum etiam cogi potest aduocatus, ut notat Batt. per tex. ibi, & gloss. ibid. verb. consensum, in l. 2. Cod. de proxim. factor. scrinior. lib. 12. & in num. sequentib. idem in notario, & alijs tradit Mastrill, quod ad præstandum officium cogi possint, & Angel. d. l. j. §. ait Prætor, qui E 3 loqui-

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

loquitur in aduocato, notario, caupone, & nauta, qui officium suum etiam inuiti ministrare tenentur; non tamen inimico, aut contra amicum, ut subdit Ang. & gloss. ibidem, & alijs citatis Bouadill. d. nu. 56. & in caupone, seu stabulario, quod hospites recipere teneantur, postquam huic se muneri accingunt, tradit Bart. in l. i. §. 1. ff. naut caupon. stabular. & in l. i. §. serui num 3. ff. de furt. aduers. naut. caupon. stabular. vbi in notario quoque tradit, quod à partibus rogatus instrumentū confidere teneatur, sequitur Dec. qui alios refert in l. inuitus num. 4. & 5. ff. de reguli iur. & ibi num. 2. in aduocato loquitur secutus Bald. & Salye. d. l. inuitus C. de procurator. & in aduocatis, procuratoribus, notariis, artificibus, ac ceteris qui officium suum, vel exercitium publicè exercerent, quod ad illius præstationem cogi possint, alijs citatis tradit Quintil. Mādos de monitor. quæst.

55 à num. 6. cum sequentib. Et, quod magis est, Dec. d. l. inuitus num. 7. idem sentit in meretrice in lupanari constituta, ut in quolibet artifice, qui signum artis tenet.

2. Sed quod ad meretricem artinet, contrarium omnino, & indubitanter est affirmandum; de quo scripsi in commentar. l. ex hoc iure. 1. part. in initio num. 26. ff. de iustit. & iur. Nec verò in quoquis artifice, tametsi artis suæ signa preforibus publicè habeat, hoc ita indistinctè probandum erit: sed recurrentum est ad gloss. doctrinam in l. filius familias. §. inuitus ff. de procuratorib. quam commendat, & explicat Bald. ibi num. 3 in princip. pro regula tradens, quod omne officium authoritate, & utilitate priuatum, voluntarium est: officium verò authoritatē publicū, & utilitate priuatum, vel utroque modo publicum necessarium est, & inuito iniungitur. l. si quis magistratus, ff. de munerib. & hono-

honorib. & cum alijs ab eo  
relatis ita pro regula tradit  
Mastrill. d. cap. 30 num. 87.  
Et quanuis regula ista ad  
fusciendi officiū per-  
tinens videatur, & non ad  
exercendum iam susceptū;  
inter quæ longa differen-  
tia est; nam cauponam, seu  
stabulum exercere, nemo  
compelli potest; & tamen  
si huic se officio quisquis  
im misceat, hospitem reci-  
pere tenetur, ut tradit Bart.  
locis supra citatis: eadem  
tamen regula, & doctrina  
ad officium, quod ab initio  
voluntariorum est, post sus-  
ceptum obseruanda erit,  
nempe, ut, si publicum sit  
authoritate, exercitum  
illius iusta mercede requi-  
renti absque legitima cau-  
sa negari nequeat. Quini-  
mo, regula prædicta, quam  
posuit Bald. d. 9. in iuitus  
num. 3. magis conductit ad  
casum suscepti officij, quā  
ad casum suscipiendi;  
etenim non omne officiū  
authoritate publicum, &  
utilitate priuatum, neces-  
sarium ab initio est; quan-  
uis Bald. pariter in illo, ac

in eo, quod authoritate, &  
utilitate publicum est, hoc  
indistincte pro regula tra-  
didisset; & tamen officium  
omne authoritate publicū,  
tametsi utilitate priuatum  
sit, post susceptum redditur  
ab inuito.

3. Quarè pro prese-  
nis articuli resolutione di-  
cendum est, officiorum,  
quæ in vnaquaque ciui-  
tate publicè exercentur,  
tria esse genera. Aliud est  
enim authoritate, & utili-  
tate priuatū; aliud autho-  
ritate publicum, & utili-  
tate priuatum, aliud utro-  
que modo publicum. Ad  
priorē speciem pertinet  
omnia officia, quæ vnicui-  
que sufficiet illius artis  
perito in ciuitate exercere  
licet absque principis, aut  
rectorū ciuitatis iindulso,  
cuiusmodi est aurificis offi-  
cium, architecti, fabri,  
sartoris, futoris, & similia;  
quæ, quanuis in ciuitate  
publicè exerceantur, non  
tamen publica autoritate  
exercentur, sed unusquis-  
que ad id idoneus publicè  
exercet, & quanuis decu-

# Director. Aduoc. & de priuileg.eor.

rionum decreto nec ad huiusmodi officia publicè exercenda admitti possit, qui priùs approbatus non sit; approbatio tamēn ista ad scientiæ examen pertinet, non ad publicam officij authoritatem, à qua illud non pendet. Ad secundam spiciem pertinent officia, quæ, et si priuatum respiciant commodum, ad illa tamen nemo admittitur nisi spiciali principis, aut decurionū ciuitatis indulto, aut iussu iudicis, cuiusmodi sunt tabellionatus officiū, officiū proxeneta, tutoris, & alia de quibus in l.l. §. eque personale ff. de manerib. & honorib. & hæc in duplo sunt differētia; quædam enim voluntaria ab initio sunt, ut sunt officia tabellionum, notariorum, proxenatarum & similia; ad quæ suscipienda nemo inuitus cogitur, alia verò etiam ab initio necessaria sūt, ut est tutoris munus. I. tutori C. de negot. gest. cum alijs. Ad tertiam denique, & ultimam speciem pertinēt officia, quæ

publica autoritate in cōmune sunt instituta id est, pro recta reipublici administratione, & ideo dicuntur publica, authoritate, & vtilitate; ad quæ pertinent ciuitatis rectores, & alij reipublicæ magistratus, itē officiū procuratoris fisci, in quo loquitur Salye. in l. inuitus nu. 1. C. de procurator, vbi publicum dicit authoritate, & vtilitate.

4. Prioris specie officia voluntaria semper sūt, & exercitum eorum ab initio, & postea; nec enim aurifex, faber, aut architectus, & alij similes ad officij sui operas alicui priuato præstandas, etiam si iustam ille offerat mercedem, compelli potest, quia contrahere cū alio, inuitus nemo cogit. I. in commodato §. sicut ff. cōmodati. l. sicut ab initio C. de obligat. & action Secundæ specie officia non omnia ab initio necessaria sūt, ut dictum est; & in hoc species ista differt à tertia; illius enim officia, seu munera omnia ab initio necessaria

cessaria sunt; & in invitū redduntur, nisi legitimam habeat excusationis causā. Cōveniunt verō istius, & illius specie officia in eo, quod post susceptionem eorum, cuilibet priuato iuste imploranti cogitur officialis, qui legitimā excusationis causam non habeat, officium suum ministrare.

5. Et hac stante resolutione, difficultatem patitur id, quod de caupone seu stabulario communiter traditur cum Bart. & alijs, de quibus supra, quod hospitē recipere compellitur; videntur enim, quod officiū istud & authoritate, & utilitate priuatū sit, ut ita, quemadmodum ante susceptum, & post susceptum, voluntariū se: per maneat, juxta prioris speciei officia. Ceterū dicendum est, ad secundā pertinere, & esse de numero eorū, quæ ab initio voluntaria sunt, sed publica authoritate in ciuitate ordinata; nemo enim auctoritate sua propria caponā in ciuitate, seu stabulum

exercere potest, sed decurionum ad id licētia priūs impetrata; atque ita est officiū authoritate publicū, quia publica authoritate exercetur; utilitate verò priuatū stabularij ipsius, ac singulorum hospitum commodum ordinatur: unde ad secundam speciem, de qua supra, pertinet. Cuius speciei officia, idcirco in priuato erga unumquemque exercitio necessaria sunt, quia dum publica authoritate ad priuatū singulorum commodum conceduntur, impetrans in impetracione ipsa fidem suā ciuitati, à qua officium accipit, & facultatē publicē exercendi illius, censetur obstringere de non negādo potentibus.

6. Rursus, eadem stāte resolutione, difficultatem quoque patitur id, quod in aduocato communiter ejā traditur, quod ad patrocinandū cuique, legitime repulſe causa non existente, compelli possit; videntur enim aduocationis offi-

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

cium ad primam speciem  
pertinere, quasi & authori-  
tate, & utilitate priuat-  
um, presertim apud nos;  
quando post studiorum  
cursus peractos in Conim-  
bricensi gymnasio cum  
prima gradus laurea, solito  
præmisso examine apud  
candem Academiam, ad-  
uocare cuique, qui alias  
prohibitus non sit, in hoc  
Regno liceat, absque alia  
Regis, magistratumve li-  
centia, ex Ord. lib. I. titul.  
48. §. 3. atque ita videtur,  
quod sit officium authori-  
tate, & utilitate priuatum;  
ad cuius idcirco ministeri-  
um priuato cuique ex-  
hibendum compelli non  
debeat causidicus; cuius  
ramen contrarium supra  
citata iura probant, & Do-  
ctores.

§. Quare Bald. in d. I. in-  
uitus C. de procurator. nu.  
1. & Salye. ibi num. 3. quasi  
difficultate sentientes res-  
pondent, aduocationis of-  
ficium esse publicum quo-  
dammodo, & honorabile,  
& ideo ad ministerium ex-  
hibendum cogi posse ad-

uocatum, quod secus est in  
procuratore, qui non co-  
gitur inuitus, iuxta tex.  
ibi, & in I. filius familias. §.  
inuitus ff. eodem titul. vbi  
gloss. quam Bald. ibi com-  
mendat, ex hoc infert, pro-  
curatoris officium, priuatū  
esse authoritate, & utili-  
tate.

7. Notandum verò est,  
quod Bald. & Salye. non  
simpliciter inquiunt, quod  
aduocationis officium pu-  
blicū est, sed, quod est quo-  
dammodo publicum, &  
honorarium; quasi sic, inde  
quodammodo publicum  
reputetur, id est, authorita-  
te publicum, quod verè  
honorarium sit, honorariū,  
namque, est ab authoritate  
publica, à qua manant, &  
fluunt honores: vnde, & ho-  
noraria multa priuilegia,  
publica, ac principali au-  
thoritate huic muneri sunt  
indulta; atque ita meritò  
officium quodammodo pu-  
blicum dictum est à Bald.  
& Salye. in d. I. inuitus, vbi  
ex hoc prædictam inter il-  
lud, & procuratoris officiū  
constituunt differentiam.

8. Ali-

8. Aliquando tamen aduocationis officium, nō quodammodo publicum, sed simpliciter, & absolutē publicum est, videlicet, quando ultra solitos scholarum cursus, examen, & gradum, adhuc ad illud exercendum publicæ authoritatis facultas requiriatur, ita ut sine illa, Academiæ laureatus admitti nequeat, ut apud nos cernitur in Curialibus nostris supremi Senatus aduocatis, qui numerarij sunt, & in albo descripti, probatio tamen premisso examine, coram Prefecto Praetorio, & eiusdem Senatus Patribus, ac deinde sub Regio nomine muneris diplomate expedito, atque ita publica autoritate, & Regio indulto ad hoc munus assumuntur, quotquot illi accinguntur. Quo apparet, in his officium autoritate publicum verē, & absolutē esse, ut ita multō minus à ministerio illius excusari possit, qui legitimæ excusationis causa carreat; possunt enim aduo-

cati ob iustas & legitimas causas se apud iudicem excusare, & in locum excusatorum substituuntur alij, & deputantur, ut tradit Gail libr. i. obseruat. 43. num. 9. Inter alias vero excusationis legitimæ causas non minor est multitudo clientum, ut in notario propter contractuum multitudinē, & in caupone, seu stabulario propter multitudinem hospitum tradidit Bart. in l. i. § serui num. 3 ff. de furt. aduers. nauit. caupon. stabular. & allegat tex. in auth. de tabellionib. collat. 4. vbi in § si vero indignus, in fin. ait Imperator, quod melius est, pauca agere cautè, quam multis interesse periculose, Auiles in stabulario loquens in capit. Prator. c. 28 gloss. Acogidos, num. i. vbi circa iudicem idem tradit ex Bart. in l. munere. ff. de munerib. & honorib. & Socin. ab eo citatis.

9. Cum, itaque, rem cæptam prosequendo, aduocatus ante susceptram causam ad patrocinium ferent.

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

ferendum iuste requisitus teneatur, multò magis ad patrocinandum clientulo post suscep̄tam tenebitur, cùm & ca, quæ ab initio liberæ sunt voluntatis, post præstatum semel consensum necessaria reddantur, l. in commodato. s. sicut ff. commodat. & turpius ejicitur, quām non admittitur hospes. l. patre furioso ff. de his, qui lunt sui, vel alien. iut. Euenire tamen non ratō potest legitimæ excusationis casus post suscep̄tum, & iam c̄ceptum negotium, ita vt, recedere ab eo, liceat aduocato: si, videlicet, ei, contra quem patrocinium ferebat, coniuncta sibi persona, hæres extitisset; aut cum cliente inimicities contraxisset; aut si clientulus non facit debitum suum præstando illi stipendium de tempore in tempus, vt ait Angel. qui ponit casum istum, in ff. præterea, num. 2. instit. de leg. Aquil. aut, denique, in ipsius litis progressu eum in iustam fore cau- sam, agnouisset: his tamen

casibus ita illi, à suscepto negotio abstinere se, licet, vt, aduersæ partis patroci- nium in eadem causa suscipere, nunquam illi li- ceat.  
10. Nec item in casi- bus istis, aut alijs, derelictæ á se partis secreta, quæ no- uit tanquām aduocatus, alteri manifestare licebit; adeō vt, et si pro ferendo in causa testimonio requira- tur, & ferre cogatur, secre- tum sibi á cliente nuda- cum reuelare non debeat, vt tradit Auendan. de exe- quend. mandat. lib. 1. cap. 2. nu. 25. versic. Nam etiam; Nauarr. in manual. Latino cap. 25. nu. 42. & ex com- muni cum eodem in cap. inter verba num. 11. quest. 3. corollar. 65. num. 799. tradit Bouadill. in politic. lib. 2. cap. 5. num. 25 tom. 1. Roder. in summ. cap. 3. conclusi. part. 1. vbi idem tradit circa excommuni- cationis præceptum. Cau- tè tamen iudici interro- ganti respondeat aduoca- tus; ne incidat in periurii absolute negando quod nō ignorat;

ignorat; amphibologica, scilicet, elocutione, iudicis interrogationem eludens, & ita generaliter in quolibet secreto, ad quod iudici respondere non debet testis ab illo interrogatus, tradit Nauarr, in manual. Latino c. 18. n. 61. versicul. Trigesimo quarto.

II. Quia vero aduocatus, qui pupilli alicuius tutor est factus, potest aduocare pro eo in causa, in qua contra eiusdem pupilli patrem aduocatus erat l. final. ff de postuland. idem quoque, & multo magis probandum in illo est, qui ei, contra quem aduocatus erat, successit; ut in eadem causa pro se contra pristinum clientulum postulare possit; potest enim, & pro se quisquis postulate. l. 1. versicul. Postulare ff. de postuland. quod tam accipiendū sic est, tam cūm pro pupillo, cuius factus est tutor, quācū pro se postulat, si de causæ meritis melius instrutus, pro se silla stare, vere libero, & non afferdato iudicio arbitretur,

Quod enim pro alienæ rei defensione licitum est aduocato, quanvis favore pupilli concessum id ita sit in d. l. final. licere utique debet, & pro defensione rei suæ, quia propriæ rei defensio iure naturæ cuique competit, sicut personæ ipsius defensio; secundum gloss. in l. vt vim, verb. nātore ff de iustit & iur. quā Doctores communiter sequuntur, teste Dec. ibi nū. 31 & ratio est, quia, patrimonium dicitur vita hominis, & qui patrimonium perdit, vitam perdere dicitur, ut notat Bald. ad gloss. verb. vitā, per tex. ibi, in l. aduocati in fin. C. de aduocat. diuersor. iudic. & res dicuntur secundus sanguis hominis, ut ex eadē gloilla, iuncto tex. in d. l. aduocati, notavit Ias d. l. vt vim num. 23 pro ratione communis sententia cum glossa ibi; secundum quā, pro rerum defensione licet hominem occidere, sicut pro defensione personæ; cum, itaque, rei propriæ defensio iure naturæ licita sit,

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

sit , etiam cum occisione alterius, cùm aliter res defendi nequeat, multò magis licitum erit aduocato, rem, in qua successit, proprio patrocinio defendere etiam aduersus eum , pro quo antea in eadem causa patrocinabatur : cui non tantum contrario patrocinio damnum infertur , quantum homicidio ; sed longè minus, ac dissimile.

12. Sed quando in duabus præcedentibus casibus liceat aduocato postulare contra eum, cui antea in causa eadem patrocinabatur, dubium est, an licitum quoque ei sit , secreta ad causæ victoriam pertinencia à pristino cliente sibi commissa palam facere , atque in illum retorque-re; pro parte enim affirmativa facit regula. I. 2. ff. de iurisdiction. omnium iudic. Secundum quam, concessio uno , & illa quoque tacite concessa videntur, sine quibus concessio illius , effectum sortiri non posset, & inutilis maneret: unde, cùm liceat causidi-

co, pupilli sui postea causam suscipere contra eum, cuius antea in eadem causa contra pupilli patrem fuerat aduocatus , & ad causæ victoriam , qui est, suscepti, & impensi patrocinij finis, expediat prioris clientuli secreta nudare, ac contra eundem illis uti, videtur, quod licitum hoc quoque sit aduocato, pupillo suo patrocinanti.

Contrarium tamen in hac specie tenendum est adhibita inter hunc, & sequentem casum distinctione. Etenim seruandi secreti obligatio magis arctat, & antiquior est, quām obligatio patrocinādi pupillo in casu prædicto, quia hæc obligatio iure ciuili venit, & præter, aut etiam contra ipsius iuris civilis regulas fauore quodā speciali pupilli suborta est; quod tex ipse, quo illa ntitur, d. 1 final. ff. de postuland. non obscurè probat in prioribus illis verbis; à Principe nostro rescriptum est, &c. & ibi sed & illud permisum est ab eodem: quæ planè

planè significant, spectatis  
iuris ciuilis regulis , non  
posse aduocatum adesse  
pupillo, cuius est tutor, in  
eadem illa causa , in qua  
contra patrem eius alteri  
patrocinabatur, sed specia-  
li Principiis rescripto ad id  
opus fuisse , quo sic illi  
placuit in casu illo propter  
pupilli fauorem. Sic enim  
& aliás non raró, æquitate  
exigente, Principes rescri-  
bebant contra ordinarij  
iuris dogmata , à quibus  
absque Principli rescrip-  
to Iurisconsultis recedere  
non licebat , vt probatur  
ex l. prospexit ff. qui & à  
quib.ibi , *Quod quidem per*  
*quam durum est, sed ita lex*  
*scripta est : id, namque, so-*  
*lius principis erat l. i. C. de*  
*legib. & ita sæpe aliás eue-*  
*nit. vt videre est ad casum*  
*l. & suum. §. final. ff. de*  
*pact. vbi hoc Cuiat. vnico*  
*verbo sentire videtur ad*  
*intellectum tex. ibi, & ad*  
*casum l. admonendi ff. de*  
*iure iur. & ldiui fratres. ff.*  
*de pæn. vbi in hunc sen-*  
*suum notanda sunt verba*  
*ibi. Sed id duntaxat à Princi-*

*pibus fieri potest: & alibi non*  
*raro.*

13. At verò secre-  
tum sibi commissum ser-  
uare, naturali iure quisque  
tenetur, quanvis otiose, ac  
solius amicitię causa reue-  
latum illi fuisset, vt tradit  
D.Thom.2.2.QUEST.70.art.  
1.ad.2.& est cōmunis om-  
nium sententia , qui nedū  
hoc probant in secreto ali-  
cui commisso, quod serua-  
re tenetur propter fidem  
datam de seruando expre-  
sé aut tacitē; quam seruare,  
est de iure naturali, vt ad  
casum istum pro ratione  
illius docet D. Thom.loco  
proximè citato; sed etiam  
in secreto, quod aliquis  
nouit absque revelatione  
illius, cuius interest non  
manifestari; & in hoc enim  
casu non propalare secretū,  
naturali iure tenetur, quo  
iure tenetur, non nocere  
proximò ; vt pro ratione  
in casu isto tradit Nauar.in  
manual. Latino ē. 18. nu.  
52.versicul. Quarto. Atque  
ita apparet, quod aduoca-  
tus pristini clientuli se-  
crecum seruare duplici

# Director. Aduoc. & de priuileg.eor.

vinculo astrictus est, nempe, quia secretò nouit; & quia reuelatum sibi à parte est, præstita fide de seruādo expressé, aut tacite, ut non immoritò aduocatus secreta clientis reuelans, pæna falsi teneatur, ut cum citatis ab eo tradit Barbos. ad Ord. Reg.lib.1. titul.48.§.

12. num. 2. Cald. in relection.l.vnic.C. ex delict. defunctor. in quātum hæred.conueniant 5.part.nu. 32.vbi, & num sequent legem Regiam de hoc fusè intrepretatur varijs subiectis limitationibus.

Additur, & aliud, quod illum magis arctat, nempe, quia tanquam personę munus publicum agenti, eiusdem muneris causa reuelatum illi est; ex quo multò magis seruare tenetur: ne alias publica authoritate circumscriptus esse videatur, qui publicā personam consilij causa, quod muneris illius erat, requisiuit; contra id, quod dicitur in l.i.C. de his, qui ven. ætat. impetraver. Nō licet ergo aduocato, post-

posita hac seruandi secreti sibi commissi obligatione, quæ multò maior, & urgentior est, ac prior illa, quæ postea superuenit de patrocínando pupillo, cuius tutor factus est, prioris clientuli propalare secreta, ac illis in eadem causa aduersus eum vti.

14. Et non obstat regula communis d. 1. 2. ff. de iurisdictione omn iudic. quæ facilè euitatur respondēdo, quod concessō uno, & alia, quæ ad expeditionē illius necessaria sunt, concessa quoque tacitè censentur, si & illa concedere potuisset, qui aliud concessit; alias, si expressè illa concedere nō potuisset, non vtique tacitè cōcessisse intelligēdus est, quod expressim cōcedere non potuisset. Porrò, princeps, qui concessit, ut pupillo suo causidicus adesse posset in eadem illa causa, in qua cōtra patrem illius aduocatus fuit, concēdere non poterat, ut secretum sibi à priore cliente commissum reuelare posset pupilli fauore; quia obligatio

tio illa, quæ de iure naturali est, præcepto superioris maior est; & ideo commissa secreta nec ex superioris præcepto prodere quis debet; ut tradit D. Thom d. quæst. 70. art. 1. ad 2. in fine, ubi ait, quod nihil potest præcipi homini contra id, quod est de iure naturali. Postulare itaque, potest patronus in casu prædicto pro pupille suo ex iuris ciuilis cōstitutione Principis rescripto causa. Sed postulare debet seruatis seruādis quæ, cūm naturalis iuris sunt, cuiusmodi est, secretum seruare, nec Principis rescripto, nec alia positiui iuris cōstitutione violari possunt.

15. In altero verò casu tenendū aliter sentio, ut is, scilicet, qui successit illi, cōtra quē alteri patrocinabatur, quādo in eadē causa, quæ titulo hereditario sua propria effecta est, contra priorē clientem postulare impunè possit, iustum pro parte sua cognoscēs, poscit in iudicio secreta sibi a priori re cliente cōmissa, quæ ad causæ victoriā pertinēt, de-

ducere; atque inde lītē pro parte sua instruere, & dirigere ad ipsius causæ victoriā. Est enim inter hunc, & præcedentē casum lōgē diuersa ratio, quia patrocinium ad præcedentē casum ciuilis iuris cōstitutione, & authoritate nititur: qua secreti obseruatio, quæ naturalis iuris est, tolli non potuit; ut traditū est supra; at verò patrocinium in casu præsenti naturali iure fulcītū est, quo propriæ rei defensio cuique competit, ut tradidimus supra; & adeo naturalis defensionis ius cuique inhæret, ut seruādi naturalis secreti præcepto ab eo auferri nequeat, quādo is, cuius est secretū, iniuste agit, praterquam in sacramentali secreto, cuius solius propriū id est, ut nec pro honorata defensione, aut proptiæ vitæ tutela sigillū illius reserari possit, nec quidem prototius reipublicæ licitum id est, ut est concors, & verissima omnium sententia, de quo Sot. lib. de ratione tegend. secret. memb. 3. quæst. final. latè Nauat. in c. sacerdos

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

de pénitent dist. 6 à n. 116.  
cū multis sequentib. & in  
manual. Latino c. 18 nu. 51.  
Barthol de Medin. in instru  
ction. cōfessor. lib 2. c. 4. in  
princ. Emmān. Rod. in sū  
ma c. 53. n 4. to. 2. Potest er  
go aduocatus in proposito  
casu pro rei lux defensione  
propalare secretū iniuste cō  
tendētis, eoq; uti aduersus  
illū, qui sibi muneris sui, cō  
silijq; causa ātea nudauerat.

16. Illud ab omnibus  
istius muneris professori  
bus lōgē absit, dolosè, scili  
cer, quicquā in clientē suū  
machinari ; quo admissio  
prāvaricationis crimē in  
uolaitur, nihilquē eo scele  
ratiq; ac fidissimō ipso mu  
nerē indignius excogitari  
in illo potest; quisquis is est  
(nullus autē sit ) sub pelle  
ouina lupus rapax intrinse  
cusest, & ultra latrociniū  
peccat, secundū Specul. li. i.  
rubr. de aduocato §. 1. nu. 13.  
vbi scripsit, quod ultra la  
trociniū peccat, qui cliētu  
lū pro viribus non defēdit,  
pertex. in c. irreligiosū. 87.  
dist. Notandū est verbum,  
quod nedū comprehendit  
patronū, qui clientuli sui

causā dolosè prodit, sed &  
qui negligēter perdit, tene  
tur enim & qui per impru  
dentiā, aut negligentiā cau  
sam perdit, vt ex Hostiens.  
præceptoris sui sententia  
tradit Specul. d. titu. de ad  
uocat. §. final. incipit, vtri  
usq; n. 17. Caccialup. tract.  
de aduocatis qua st. 4. n. 6.

17. Quia verō culpe gra  
dus, seu species, secundū  
cōmunes gloss traditiones,  
triplex est ; alia est enim  
culpa lata, alia leuis, alia le  
uissima, quanuis Bart. in l.  
quod Nerua n. 8. ff. deposit  
ponat quinq; species, qua  
rū priores duæ, sunt latissi  
ma, quā vocat dolū mani  
festū, & latior, quā dicit esse  
dolū præsumptum, de qua,  
secundū cum loquitur rex,  
ibi his omissis, quē de do  
lo sunt, circā alias videndū  
est de qua teneatur clien  
tulo patronus, qui culpa  
sua causā perdidit. Et qui  
dē teneri eū de lata, nō am  
bigitur, tradit Burg de Pace  
qui alios refert in proam  
leg Taur. nu. 213. quia lata  
culpa dolō cōparatur. li. §.  
hēc actio ff. si mēs fals med,  
dixerit d. l. quod Nerua ff.  
deposit.

deposit. secundū lecturā gl. ibi quæ ibidē, verbo dolū, tradit, quod vbi quis de do-  
lo tenetur, & de culpa lata  
tenetur, idquè regulate est,  
cū lex ait, aliquē teneri, do-  
lū p̄estare, vt etiā de lata  
culpa intelligatur, vt tradit  
Alc. in l. latę culpę. in prin-  
cip. versic. & ideoff. de ver-  
bor. signific. & in l. magna  
negligētia col 2. versic. Cū  
igitur eod tit Quod limita-  
tur in leg. Cornelia de sica-  
rijs, vbi culpa lata pro do-  
lo nō accipitur, l in leg. Corn.  
ff. ad leg. Cornel. de siccarij.

18. Idq; generaliter in p̄e-  
nis corpora iibus infligēdis,  
vt lata culpa do-  
lo nō & qui  
paretur, tradit Fracis Brun.  
t. a. b. de indicijs & tortur.  
q 5 n. 24. 2. part & loquens  
in p̄ena mortis homicidę  
statuta, receptissimū idesse,  
scripsit Ale d. l magna ne-  
gligentia col. 2. versic Q 10  
exēp' o, vbi subdit ex aliorū  
sentētia, idē generaliter esse  
in quauis dispositione p̄e-  
nali, etiā vbi à lege p̄ena p̄e-  
cuniaria infligitur do-  
lo ali-  
quid agēti, vt lata culpa nō  
cōprehendatur, quod gl ibi  
sētit, & Bart. d. l. quod Ner-

ua n. 20. cōtra gl. ibid. verē  
enim culpa lata, seu magna,  
quod idē est, quāuis dolus  
appelletur, in d. l. magna  
negligētia, veros dolus nō  
est, sed pr̄sūptus. vt decla-  
rat Alc. ibi aut secundū gl.  
ibidē appellatur dolus, quia  
dolo cōparatur d. l. i. §. h̄ac  
actio ff si mēs fals. mod. di-  
xerit, & dolo proxima dici-  
tur in l quæsitū. § eū quo-  
que, in fin. iuncta gl. ibi ff.  
de precar. & in l. mulier. §.  
sed etenim, iuncta glos. ibi,  
verb proxima est. ff ad tre-  
bellian & in l. i. §. nō autē  
ff si quistestam lib. esse iuss.  
fuerit. Ex quo datur intelli-  
gi, latā culpā verē dolū nō  
esse, qui a do-  
lo similis repu-  
tatur, & nihil est idē, cui id  
ipsū simile est, secundū Phi-  
losophū, ex cuius doctrina,  
& cōclusione hac sic argu-  
mētatur glos nostra in d. l.  
quod Nerua, verb. dolū. &  
Bart. ibi n. 2. Atque ita diffe-  
rūt, nec in paucis quidē, vt  
euénit in lege Cornelia de  
siccarij. & quauis alia p̄enali  
dispositione de do-  
lo lo-  
quente, qua nō compre-  
hēditur lata culpa, vt dictū  
est supra, & in alijs casibus

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

obseruat gloss. in l. in aetio-  
nibus, versicul. Sed in his  
ff. de in litem iurand & in  
§. suspectus, instit. de sus-  
pect. tutor. Alc. d l. magna,  
col. 2. ultra quos, principa-  
lis etiam differentia quedam  
in eo consistit. quod dolus  
futurus cōtrahentiū pacto  
remitti non potest. l. con-  
tractus ff. de regul. iur. cum  
alijs, sed culpa lata bene re-  
mittitur, ut tradit Dec. d l.  
contractus nu. 43. vbi diffe-  
rentiae rationem assignat.

19. Est autem lata culpa,  
non intelligere id, quod  
omnes intelligunt. l. latæ  
culpæ ff. de verbis signific.  
l. cedere diem, in fin. cod.  
titul. & ita sentit gloss d l.  
quod Nerua, verb. nam et si  
quis, & clarius ita definit  
in §. penult. verb. debet,  
instit. quib. mod. re cōtrah.  
obligat. Bald tractat de sta-  
tutis. § dolus nu 2. Cæpol.  
de simul. contract. nu 196.  
Ioan. Igneus d l. contractus  
nu 2. cum sequentib. Bart.  
verò d l. quod Nerua n. 16.  
dicit, quod definitio ista no  
cōuertitur cū suo definito,  
& ideo bona no est, l. i. § 1 ff.  
de dol. quia furiosus no in-

telligit, quod alij intelli-  
gunt, & tamē no est in cul-  
pa; & ideo ibidē nu. sequēti  
in versic. Ego autē sic defi-  
nio, latā culpā definit, ut sit  
deuiatio incircumspecta ab  
ea diligentia, quā cōmuni-  
ter habēt homines, qui sunt  
eiusdē professionis & cōdi-  
tionis, & eandē definitionē  
per verba similia assignat  
in tract de testib. n. 109. vbi  
ait, quod lata culpa est de-  
uiatio indeliberata ab ea  
prudētia, quæ inest cōmu-  
niter omnibus, qui sunt  
eiusdē instructionis, & pro-  
fessionis. Sed certe gloss &  
aliorum definitio, quæ col-  
lecta est ex d. l. latæ culpæ,  
idē intendit, quod Bart. de-  
finitio, nec ab ea deuiat; cū  
enim dicitur, quod lata cul-  
pa est, no intelligere, quod  
omnes intelligunt; verbū,  
Omnes, in definitione pos-  
tum refertur ad illos, qui  
intelligunt, id est, quibus  
intelligendi potentia sana,  
& integra est, & non ad fu-  
riosos, & impuberes, qui,  
quod vident, ignorat: rur-  
sus, intelligitur etiam de  
omnibus, qui sunt eiusdem  
professionis, & conditio-  
nis,

nis, ut est expressum in definitione à Bart. assignata; verba enim à Doctoribus serio prolatæ, quanvis generalia sint, & vniuersos vi sua comprehendant, tam en de habilibus intelliguntur. I. qui testamento ff de testament & ad legis verba obseruat gloss. I. in l. I. C. de sacrosanct eccles. quam ad hoc quotidie allegari scribit Bald. ibi in lectur nu. 2. & nos tradidimus in commentar. ad tex ibi 1 part. in in. tio nu. 10. & ita prædicta n. gloss. definitionem contra Bart. defendit Igneus in repetition. d.l. contra tus num 3. cum duob sequentib.

20. Atque ita, iuxta hanc, aut illam culpe latæ definitionem sic intellegam, aduocatus qui iura ignorat, quæ communiter innotescunt alijs eiusdem muneris professoribus, in lata culpa est, cuius causa clientulo tenebitur pro damno inde profecto, tradit Ioan. Gutierr. libr. I. practicat. quæst. 29. nu. 2. & 3. & in iudice loquens

Burg de Pace in proæm. leg. Taur. nu. 178. & in hoc dubitatio nulla est; cum & ijs, qui iura non didicerūt ignorantia iuris in latam culpam imputetur, ut notat gloss perte in l. liberorum. § final. verb non iuris ff. de his, qui notant. infam. quam gloss sententiam probat Bart. d.l quod Nerua nu 19. in casu, quo ius quod ignoratur expressum in lege est, ex quo certa est determinatio illius: & non, cum dubium est, propter varias Doctorum sententias Et quanvis nec in casu illo ignorantia iuris illiteratis imputanda videbatur, saltē ad latā culpā, ut ex ea tenerentur, respōder Bart d. nu 19. in fine, quod iuris scientia, quæ literatis inest etiā in literatum expertibus esse videtur, quia peritos cōsulere potuerūt, l. in bonorum. ff. de bonor. possession. Qua itē ratione, iuris ignorantia latā culpā committi, tradit Francisc. Brun. tract. de indicijs, & tortur 2. part. q. 5. n. 22. atq; ita non est in culpa quia F 3 literis

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

literis operam non dedit; quia hoc omnium communiter non est; sed quia pro occurrente casu iuris peritum non consuluit, à quo didicisset, quid in illo facere debuisset; quod omnes communiter faciunt, ut dixit Bart. d. numer. 19. in fin. & intelligitur, si peccatorum copiam habuit, ut consulere eos posset, secundum tex. ab illo citatum in d.l. in bonorum. Stat ergo, quod causidicus, qui munus hoc, & scientiam iuris profitetur, latam culpam incurrit ignorantia iuris in quo versatur; quod & turpe illi est l. 2. q. Seruius autem ff. de originē iur.

21. Sed dubium est an illi solacerti & expressi iuris ignorantia in latam culpā sit imputanda, an etiam ignorantia eius, quod expressum lege nō habemus, nec certum est, propter varias Doctorum opiniones. Et Bart. d. l. quod Neruanu. 19. respondet, quod ignorantia iuris in casu isto non est simpliciter lata culpa, sed debet iudicari

lata, leuis, vel leuissima, sicut de facti ignorantia per l. 2. ff. de iur. & fact. ignorant. quam allegat, & gloss. ibi, dicens, quod, hoc videtur sentire firmiter. Et quanūis Bart. eo in loco loquatur de ignorantia iuris, quatenus illiteratis in latam culpam imputari debeat, eadem tamen resolutio ex mente illius literatis cōuenit, & multo magis, quia, si vulgaribus imputatur in latam culpā, ignorare iura, quia peritos consulere potuerūt, multo magis imputari debet huius disciplinæ & professoribus ignorare id, quod, se scire, profitentur; si enim sal enauerit, in quo salietur? concluditur, itaque, secundum prædictā Bart. resolutionem, ac superiores latæ culpæ definitiones, quod aduocatus, qui clientuli sui causam perdidit propter ignorantiam iuris, quod alij, idem munus a gentes communiter sciūt, lata culpa perdidit: de qua cum teneri, non est dubium etiam in foro conscientiæ.

22. De leui etiam illū teneri, ex eo probatur, quia inter eum, & clientem cōtractus utriusque gratia celebrari intelligitur; in quo idcirco leuis culpa præstatur, gloss. in §. qui pro vñi instit. de locat. Dec. in l. contractus nu. 33 ff. de regul. iur. Alc. in l. magna negligentia, col. 2 versicul. Sanè quemadmodum ff. de verbis significat de qua culpx specie communiter intelligitur tex. in l. si ut certo, § nunc videndum, versicul. Sed ubi ff. commodat per quem ita pro regula tradit Ioan. Igneus repetition. d. l. contractus nu. 41. quod in contractibus qui utriusque contrahentis gratia celebrantur ventata, & leuis culpa, non autem leuissima. Atque ita, quia inter aduocatum, & clientem negotium geritut utriusque causa celebratum, de leui culpa cum teneri, dicendum est. Quod alio fundamento probavit Petrus de Ledesm. in summa 2 part. tract. 8. c. 26. conclus. 3. et si, de lata dun-

taxat, & non de leui illum teneri, scripsit Emm. Rod. in summa 1. part. c. 2. conclus. 6. secutus Siluestr. in summa verb. aduocatus, nu. final. ad fin. & sequuntur alij quos refert Burg. d. proæm. leg. nu. 214. Gutierr. d. lib. 1. quæst. 29. n. 6. qui confirmant ex recepta Innoc. doctrin. in c. sicut dignum, nu. 5. de homicid. ampliantquè ex Siluestr. loco citato, & alijs quos refert Burg. d. nu. 14. etiam si aduocatus peritum se assuerauerit, dum modò imperitia illius à clienté ignorata non esset.

23. Quæ autem leuis culpa dicatur, inter scribentes non ita constat. Batt. enim d. l. quod Nerna nu. 26 ff. deposit. post varias aliorum adductas, & confutatas leuis culpx definitiones, subdidit in versicul. Qualiter ergo, quod leuis culpa tripliciter consideratur, & ita triplicem illius definitionem assignat, singulas secundū singulas considerationes, & idem repetit tract. de

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

testib. vescical. leuis culpa nu. 115. cum sequentib. quarum prima est leuis culpe, quæ circâ alienas res committitor; & hæc, quæ ad nostrum pertinet institutū, definitur à Bart. d.l. quod Nerua nu. 26. vt sit deuiaatio incircunspecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiusdem conditionis, & professionis; vel secundum eundem d. tract. de testib. nu. 116. est deuiaatio inde liberata ab ea prudentia, quæ inest diligentibus hominibus, qui sunt eiusdem conditionis, & professionis: & probatur secundum eum, in l. si conuenierit, in fin. cum leg sequenti ff. de pignorat. act. & in l. si putator ff. ad l. Aquil. In eo autem differt culpa leuis à lata, quia per latam deuiaatur ab ea prudentia, quæ communiter omnibus inest: per leuem vero ab ea, quæ requiritur in diligentibus, & expertis hominibus eiusdem conditionis; & ideo in definitione illius diligentium

mentio fit, vt explicat Bart. d. tract. de testib. num. 115.

Iuxta quæ, latam culpā in aduocato, & artifice, propter imperitiam, dicimus esse, ignorare ea, quæ, & non diligent, nec excellenter periti eiusdem professionis communiter non ignorant; vt apud nos eueniet in illo, qui ius expressum ignorauerit, aut etiam sententias usus frequentes: quanvis eæ legibus expressæ non sint. Culpa vero leuis erit, ignorare, quæ diligentes, & excellenter periti communiter sciunt, quod prudētis iudicis arbitrio estimandum erit, secundum Abb. in c. i. nu. 13. in fin. de commodat Ignorantia vero eorum, quæ peruvia ita non sunt, nec bene peritis etiam communiter nota, leuissimæ culpe ascribenda erit, quæ in excellentissimos cadit, secundum Bart. doctrinā, qui tres hos scientiæ gradus in artifice constituit d.l. quod Nerua, num. 18. in fin.

24. Quia verò euenire nō raró potest, vt lata culpa, & leuis cōtrahatur non propter ignorantiam, sed propter negligentiā, quæ nouerca eruditionis est, si-  
cū instātia mater artium in suo quoque opere, vt ha-  
betur in c. nihil illo, dist. 83; & Seneca epist. 1. quem retulit Card. in clem. 2.  
versic. Super cathedrā no-  
tab. 5. de sepultur. Turpissima  
est, inquit, iactura, quæ per ne-  
gligentiam sit, addignoscen-  
dam latā, & leuem culpā,  
ex hoc capite insurgentē,  
vnamquē ab altera discer-  
nendā, duo p̄eponēdi sunt  
casus: vnuſ, quādo quis in  
alienis rebus nō tantā dili-  
gentiam p̄estat, quantā in  
suis; & hic casus ad latā cul-  
pam pertinet, iuxta l. quod Nerua ff deposit. secundū  
gloss. lecturam ibi, aut ad  
plusquam latā, secundūm Bart. lecturam ibidem, qui de latiori intelligit iuxta  
literā tex. id est, de plusquam  
lata, & culpa in casu isto,  
sive latā cū gloss. sive plus-  
quam latā, id est, latiorem  
cū Bart. illam appellemus,

dolum p̄eſumptū ſecū in-  
voluit, iuxta tex. ibi; p̄eſu-  
mitur enim dolo agere,  
qui in negotio alieno,  
quod fufcipit gerendum,  
minorem adhibet diligē-  
tiam, quā in ſuo proptio-

25. Alter casus est, quādo  
quis in alieno negotio ta-  
lē, qualē in ſuo diligentiā  
p̄eſtat, ſed quia defidiosus,  
& negligēs natura ſua eſt,  
in rebus ſuis non talē p̄eſ-  
tat, qualē diligēs quisque  
comuniter in rē luā p̄eſ-  
tat, & hic quidē casus frau-  
de p̄eſupta caret, de qua  
in d l. quod Nerua, id circō  
ad tex. ibi nō eſt adaptan-  
dus, quāuis gloss. ibidē hūc  
etiā casū latæ culpæ aſcri-  
bat, per tex. in l. ſi conſtāte  
ſi maritus, ff ſolut. matri-  
mon qui tex ad casum no-  
ſtrū contrariū potius p̄eſ-  
bet argumentū, dum enim  
de mariti diligentia erga  
dotalis res loquitur, non  
aliā ab illa, quā rebus ſuis  
exhibet, exigit ab eo ut ve-  
rō ſauitiam in ſeruis dota-  
libus coercet, quanvis in  
proprijs eadē maritus ex-  
qui ſolitus ſit, quia nec in

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

proprijs id illi licet. id est. cō nec in alienis id est. in dotalibus licere debuit; quæ est ratio expressa ibi. Ceterū glosse sententia accipienda est, quando quis in rebus propriis negligens, & desidiosus ultra modum est, quando, inquam, nec diligentiam talē in suis præstat, qualē alij homines communiter præstant, et si experti non sint, nec diligentis patris familias nomine cē- seantur; talis enim desidia, & negligentia latē culpæ ascribēda erit, sicut ascribitur ignorantia eorum, quæ homines eiusdem conditionis, & professionis cōmuniter sciūt, tametsi iij in arte, quam profitentur, peritorum, ac diligentium locum non teneant; & tunc quidem lata culpa, quia præsumptū dolum secū non trahit, non pertinet ad speciem d. l. quod Nerua, sed magis ad definitionē de qua supra, collectam ex l. latē culpæ ff. de verbis significat, ubi autem quis in rebus

proprijs diligentiam ta- lem præstare non est soli- tus, qualem experti, & di- ligentes præstant, sed talē, qualem cæteri homines communiter: si eiusce- modi præstet in negotio alieno, non tenebitur de lata culpa, sed de leui so- lummōdō, iuxta id, quod in casu imperitiz, qua leuis committitur culpa, dictum est supra ad diffe- rentiam latē, ex Bart. do- strina, quę huic casui & quę conuenit; in quo id circō, qui de lata solummodō te- netur, excusandus erit, constito, quod talē in alieno negotio diligentia adhibuit, qualem in suo adhibet, quam alij homines, etiam qui ē numero dili- gentium non sunt, com- muniter præstant, qui ve- rō de leui tenetur, ut aduo- catus, maiorem in alieno negotio præstare diligen- tiā debet, quam in suo præstat, etiam si in suotā- lem præstet, qualem cæteri homines communiter præstant, hac enim men- sura

sura, & norma lata culpa excluditur, sed ad leuis exclusionem talem praestare diligentiam debet, qualem solentes, & diligentes communiter prstant, quanvis in suis minorem ipse adhibeat; Caeterum, quidem in summ. verb. aduocatus, versic. Quarta, inter oboe aduocati, & procuratoris peccata de quibus ibi per eum, loquens de illo quod desidiaz, negligentiaz ve causa committitur, cvenire, ait, si negligat studere siue scrutari merita cause, & adhibere debita remedia; ignorantia enim, inquit, tunc tantum ipsum excusat, quando, & quod potuit, & quod debuit, non omisit; cui conuenit quod idem Caeterum, scripsit super D. Thom. 2. 2. quest 71. ait. 3. in fin vbi aduocatos excusat, et si errent, quando ex contingentibus nihil omitunt, tunc enim, inquit, rati incedunt, et si errent, que referunt, & sequuntur Buig. de Pace in proxim. leg. Taur. nu. 215. & sequenti, Ioan, Gutier, practicas.

lib. i. quest. 29. no. 9. Quae sententia ad leuis culpæ gradum est reduceenda, iuxta sup. dicta, ut nihil omittatur eorum, que ad exclusionem illius requiruntur.

25. De leuissima autem culpa, siue ignorantia, siue desidiaz causa contingente non teneri causidicum, ex supra dictis constat. Est autem leuissima culpa, ut Bart. definit. d.l. quod Nerva nunc. 27. deuiciatio incircunspecta ab ea diligentia, quam habent homines diligentes, & diligentissimi eiusdem conditionis, & professionis; & similiter definit in tract. de testib. verificul. Leuissima culpa numero 124. vbi declarat. Et tale prstantis, cuius solius gratia, & commodo contractus initur, ut est commodatarius, qui idcirco in se sibi commodata tenetur de leuissima. Quando vero utriusque gratia celebratur contractus ut est locationis & conductionis contractus, lata, & leuis etiam culpa prstantur, leuissima

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

uissima verō nō. Et quādō solius dantis gratiam res- picit contractus, ut in de- posito euénit, is, qui reci- pit, dolū, & latā solūmodō culpam præstat; & ita est frequens, & communis in hac materia Doctorū resolu- tio. luxia quam commu- niter intelligitur tex. in l. si ut certo §. nunc videndū ff. commodat. I. contractus ff. de regul. iur. vbi Dec. nu. 1. & 2. Abb. in c. vnic. nu. 4. & 12. de commodat. & in c. 2. nu. 3. de deposit. Alc. in l. magna negligētia, col. 2. versicul. Quemad- modum, & sequenti ff. de verbor. significat. quānis Igneus in repetition. d. l. contractus à nu. 6. cum se- quentib. per tex. ibi teneat, depositarium de lata cul- pa non teneri, sed de dolo duntaxat, & culpa latiore, & latissima, quæ nō solūm dolo comparantur, quod latæ culpæ conuenit, sed dolus sunt, ut ibid. per eū num. II. secundūm quam regulam, & conclusionē, de leuissima non tenetur aduocatus; quia inter eum,

& clientulum, utriusque gratia contractus intelli- gitur celebrari, ut tradidi- mus supra, ad quem leuis pertinet, leuissima verō non.

27. Vnde infertur, quod si aduocatus absque mercede, solius clientuli gratia patrocinium gratis suscipiat, nec de leui tene- bitur, sed solummodo de lata, quam, & non aliam præstat is, qui solius secū contrahentis gratia negoti- tum gerit, ut est deposi- tarius, qui iuxta commu- nem prædictam resolutio- nem dedolotenetur, & lata culpa quæ illi comparatur; quia in deposito sibi com- misso solius deponentis commodum regulariter vertitur: & tamen si ipsius depositarij utilitas etiam aliquando in covertatur, leuem etiam culpam præ- stabit; si, videlicet, pro de- posito mercedem recipit, ut communiter tenetur, secundūm Abb. d. c. 3. nu. 3. de deposit. & probat tex. ibi, & in d. l. si ut certo §. nunc videadum, iuncto com-

communi intellectu; & , si folius depositarij gratia, & commodo depositum sicut, leuissimam quoque præstabit, instar commodatarij; & ita ex communi tradit Dec. d l. contractus nu. 1. & 2. sic intellecto tex in l. si quis nec causam ff. si cert. petat. Similiter, & cōmodatarius, qui leuissimā præstat, quia regulariter illius solius gratia commodatum sit, c. 1. de commodat. vbi Abb. & alij. si contingat, utriusque simul gratia illud fieri, leuissima excusabitur, latæ, & leuis solūm modō rationem redditur: sed nec de leui tenetur, sed de lata tantū modō quando solius cōmodantis gratia negotium geritur in cōmodato; cuius exemplum ponitur in d. l. si vt certo §. interdum: & exemplum commodati utriusque gratia celebrati, in l. in rebus, versicul. Hoc ita ff eodem titul. commodat. si ergo in commodato, de cuius natura est, vt & leuissima culpa in illo præstetur, contingit, vt lata so-

lummodō præstetur, idquè ex eo, quia solius cōmodantis gratia negotium in illo geritur d. l. si vt certo §. interdum, tradit gl. ibi verb. conuenit, & in §. itē is, cui, verb. exactā instit. quib. mod. re contrah. obligatio, & in d.l. contractus, vbi Dec. nu. 28. nimitem, si dicamus, aduocatum, qui quidem ex rei natura culpæ causa non ita arcta- tur, vt cōmodatarius, de lata solūm modō, & non ultra teneri aliquando, data, scilicet, terminorum paritate; quod evenit, quādo pro patrocinio nullam mercedem recipit, sed solius clientuli gratia negotium suscipit.

28. Denique, in id ipsum bonū præstat argumētum l. i. versicul. Hæc actio ff si ment. fals mod. dixerit, vbi traditur, quod agrimensor, ultra dolum, de alia, quam de lata culpa, non tenetur, quia, nempe, agrimensura non intelligitur, locationem, & conductionem celebrari, sed magis operam beneficij loco

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

loco præberi, ut dicitur d.  
l.i. versicul. Ideo autem Et  
non obstat quod statim  
subditur, id, quod sensori  
datut, ad remunerandum  
dari, & inde honorarium  
appellari, atque ita nec, si  
mercedem accipiat agrim  
ensor, omnem culpam  
præstat, ut in versicul. Sed  
etsi mercedem d.l.i. quod  
de leuisima, & leui intel  
ligitur, lata tantum excep  
ta, ut in versicul. Hec actio,  
iuxta quē, iuncto sequente,  
nullā aliā, quā latā præstat  
agrimensor siue mercede  
interueniente, siue absque  
illa operā præstet. Ex quo in  
aduocato idē videbatur di  
cendū, cūm, quod illi pro  
mercede operarū datur, ho  
norarium etiā appelletur.  
I qui operas, in fin ff. locat.  
l.i. §. in honorarijs, & §. si  
cūt cauitum ff. de varijs. &  
extraordinar. cognitionib.  
quod honorati nomē mul  
to magis conuenit salarijs  
aduocatorū, propter officij  
dignitatē, iuxta gloss. d.l.i.  
verb. honorarij. ff. si mens.  
fals mod. dixerit; etenim  
respondendum erit, quōd

merces præstita agrimensori  
non intelligitur data quasi  
locationis operarū mer  
ces, sed magis remunerādi  
beneficij causa d.l.i. versic.  
Ideo autē; & honorarium  
quidē appellatur, nō prop  
ter officij dignitatem, sed  
proper largientis benigni  
tatē in remunerādo exhib  
itā; idcīrcō de leui culpa  
nō tenetur sensor, etiā si  
mercedē recipiar, ad quod  
etiā ponderāda sunt verba  
tex. ibi, propter verba editi.  
d. versic. Sed etsi mercedē.  
Quid in aduocato lōgē ali  
ter se habet, inter quem, &  
clientulū celebrati intelli  
gitur cōtractus ex natura  
sea utriusque gratia gestus,  
dū alter operas exhibit, al  
ter præstat mercedem, seu  
operarum salarium; quod  
quidem appellatur hono  
rariū, honoris causa prop  
ter officij nobilitatem; id  
cīrcō, cū merces interue  
nit, de leui culpa tenetur,  
quasi ex contractu utriusq;  
causa celebrato, cū vero nō  
accepta mercede patroci  
natūr, latā solūmodō præ  
stare debet, iuxta sup. dicta.

29. Istud vero limitatum est ex Bart. doctrina in d.l. quod Nerua nu. 32. ff. deposit. ubi differentiam constituit inter aduocatos, & medicos, qui faciunt gratis, ut homines ad eos accedant, & homines in eo magis confidant, & decipiuntur, & inter illos, qui pecunia accepta munus suum exercent; primi enim, quia se ingerunt, quasi in hoc ipso peritos se assertentes, de leuissima tenentur, iuxta tradita per eum ibidem in nu. præced. posteriores vero de leui, & non de leuissima; quia inquit, locatio est, nec, qui se non ingerit, peritum se videtur asselerere. Quæ Bart. doctrina notanda est; & in priore distinctionis membro, quod pertinet ad aduocatos, & medicos gratis officium suum imperientes, accipienda est, ut verba sonant, in illis, qui sic imperiuntur patrocinij sui ingerendi causa, ut ita clientulorum copia, hoc liberalitatis commento excrescēte, peritorum nomen, & famam in

ciuitate aucepentur; ex quo tenentur de leuissima culpa in officio commissa, cuius se peritos, atque alijs peritores asselerere videtur.

30. Et corroboratur praedicta Bart. doctrina in casu isto, argumento eius, quod in depositario traditum extat, qui, etsi ex natura contractus, qui regulariter solius deponentis gratia geritur, de dolo solummodo, & lata culpa tenetur, & non ultra, tamen, si suscipiendo deposito ipse se offerat, atque ingerat, etiam de leuissima tenetur, quasi, eo ipso quod se offerit, solius ipsius gratia, & commodum in deposito vertatur; & ita tenet gloss magna in d.l. contractus propo finem versicul. Sed licet, Bart. d.l. quod Nerua nu. 30. Abb. in c.2. de deposit. nu. 3 quod tamen Dec. intelligit d.l. contractus nu. 4. quando depositarius ultra hoc quod se obtulit, commodum ex deposito recipit, ita ut, ipsius, aut vtriusque gratia celebratum intelligatur alias, vero, si nihil

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

nihil recipit, sed solius deponētis gratia depositum celebretur, hoc quod se obtulit depositarius operabitur, ut de leui teneatur, quia lias de lata solūm, & nō vltra, teneretur; pro qua sententia ponderat Dec. tex. in d.c. 2. de deposit. vbi æquiparātur casus, in quo depositarius se obtulit, & in quo aliquid procustodia recepit; in quo vltimo de leui eū teneri, & non de leuissima, communis, ac vera traditio est, iuxta supra dicta, ergo, & ita in primo, quando se obtulit, nec aliquid recipit; & ita ponderat Dec. qui sic intelligit tex qui de leuissima in casu depositarij se offerentis ab alijs intelligitur, in l. 1. §. s̄. p̄. deposit. siue autem cum Dec. siue cum gloss. & alijs tenendum sit in casu prædicto, semper de eo procedit argumentum ad leuissimā contra aduocatum se offendentem, aucupandi nominis gratia; qui enim aliás ex natura actus de leui teneretur, ut aliquid opere-

tur hoc, quod se obtulit, de leuissima eum teneri, descendum est cum Batt. vbi supra.

Cautē tamen, cūm loquitur de aduocato patrocinium gratis exhibēte, in eo accipiens est, qui sic agit, ut homines ad eum magis accedant, magisque in eum confidant, & eo ipso decipiāntur; sic enim loquitur Batt. d. nu. 32, talis enim, & se ingerit, & inferendo patrocinio suo negotiam suum gerit At vero, qui gratis patrocinatur amicitiae causa, aut quis alio intuitu solius clientuli gratiam respiciente, nedum de leuissima; sed nec de leui obligatus erit, latet solūmodo obstrictus, tanquam ex contractu obligatus solius secum contrahentis commodū portante, iuxta resolutionē, de qua supra.

Constat, itaque, ex supra dictis, aduocatum regulatiter de lata, ac leui etiam culpa clientulo suo teneri proprie contractum reciprocum, qui inter illos agi intelli-

intelligitur, quo leuis cul-  
pa venit, quia utriusque  
contrahentis gratia cele-  
bratur. Cum autem tene-  
tur propter imperitiā qua  
lapsus fuit in causæ defen-  
sione, quanvis ille sit mi-  
nor viginti quinq; annis,  
non restituitur aduersus  
lesionem quam inde pati-  
tur, ut tradit Perez l.2. ti-  
tul.19 lib.2. Ordin quæst.3.

31. Et non obstat l. si  
merces. §. qui columnam  
ff. locat, ubi in locationis  
cōtractu omnis culpa præ-  
statutur quæ à diligentissimo  
quo quam abesse debet, &  
sic etiam in §. qui pro vſu,  
instit. eod. titul. culpam  
verō etiam leuissimā dili-  
gentissimus quisque in re-  
bus suis præcauet; atque ita  
probari videtur illis in lo-  
cis, culpā etiam leuissimā  
præstari debere in locatio-  
nis contractu, quæ utriusq;  
gratia celebrari, constat;  
gloss. utrobique verb. diligen-  
tissimus, prodiligenti ac-  
cipit, superlatiuū, scilicet,  
proposituo; alij, quorum  
ibidē meminit, de superla-  
tiuo propriè accipiunt, in-

telligentes, speciale esse in  
rebus, quæ leuiter, ac facile  
frāguntur, ut in locatione  
earū leuissima etiam culpa  
præstetur, & solutio ista cō-  
muniter tenetur, eamquæ  
sequitur Dec. d.l.cōtractus  
nu.33. Alc. in l. magna ne-  
gligentia col. 2. prope fin.  
ff. de verbis. significat.

Verūm, quia prior solu-  
tio verbi improprietatē se-  
cū fert, & posterior diuina-  
toria est ad tex, utrumque,  
aut etiā violenta; pro vero,  
ac proprio utriusque intel-  
lectu distinguendum fore,  
existimauit, inter locationē  
rerū, seu operarū, cū rei in-  
teruentione, & simplicem  
operarū locationē, absque  
rei, inquā, inueruentu ce-  
lebratā; in primo enim ca-  
su, siue res in locationē de-  
ducta ipsius locantis sit,  
quod regulare est, ut in ca-  
su d. §. qui pro vſu, instit. de  
locat. siue conductoris ope-  
rarū, ut in casu d.l. si mer-  
ces. §. qui columna, dicēdū  
est, & leuissimā etiā culpā  
in contractu locationis, &  
cōductionis venire, limitata  
cōmuni sententia, iuxta

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

quam leuis præstatur, & nō  
leuissima in cōtractu vtri-  
usque gratia celebrato, cu-  
iusmodi est locatio, & con-  
ductio ; in posteriori verō  
casu seruāda erit commu-  
nis assertio de leui prēsta-  
da, & non leuissima Diffe-  
rentiæ autem ratio inter  
vtrumque casum, quā erū-  
do ingenio foquè Lestori  
non displicere spero , pen-  
det ab æqualitate, quę sem-  
per in contractu obseruā-  
da est, quoad fieri possit, ne  
claudicare contingat, cō-  
tra regulā l. 1 ff de rescind.  
vendit. Pro cuius explica-  
tione aduerti oportet, do-  
minus rei in locationem  
deductæ , siue is locatoris,  
siue conductoris personam  
sustineat, sustinere damnum  
in illa fortuito casu cōtingens,  
nisi aliud cōuentum  
sit, (valet enim conuentio  
super damno fortuito casu  
contingente l. 1 C. deposit.  
c 2 eod. titul. 1 contractus  
ff de regul.iur. & ibi Dec.  
num final.) idquę quanvis  
res eodem modo apud do-  
minum peritura non fui-  
set, & in ipso conductionis

vſu periſſet, semper, nam-  
que, quando aliud conuē-  
tum non sit, fortuitus ca-  
sus sīnè culpa succedens,  
rei domino damno cedit.  
Vnde contractus æqualitas  
exigebat, vt, quando vnuſ  
contrahentium pariebatur  
damnum fortuiti casus si-  
nè culpa cōtingentis in re  
sua dum alter illa vteretur  
in proprium commodum,  
damnum ipſe iare eadem  
culpa sua quantumuis le-  
uissima contingens pate-  
retur, vt ita, dum alter ca-  
sam fortuitum sīnè culpa  
contingentem sustinet, al-  
ter culpam leuissimam sui  
ipſius, quę casui fortuito  
proxima est , æqualitas  
vtrinq;, quoad fieri potest,  
seruaretur, quę in cōtractu  
desideranda est , & multò  
magis cum bonæ fidei est.

Quæ ratio cessat in lo-  
catione operarum quando  
nulla res interuenit in qua  
fortuiticcasus damnum al-  
ter ex contrahentibus sub-  
ire possit, idcirco leuissi-  
ma culpa à neutrō præsta-  
tur, sed leuis vtrinq;  
iuxta cōtractus naturam.

Ec secundūm posteriotem  
hūc casum procedit, quod  
tradidimus de leui culpa  
ab aduocato regulariter  
præstāda: secundūm priorē  
verō procedit decisio  
d.l. si merces §. qui colum-  
nam, de leuissima etiam  
præstanta à locatore ope-  
rarum in transporatione  
columnæ de qua ibi, idem-  
quē ad operarum locatio-  
nem circā res alias, & quē  
deciditur ibidem genera-  
libus verbis in fine scrip-  
tis, qualia sunt illa, *Idem-*  
*quē etiā ad ceteras res trans-*  
*ferri potest*, quē non sīc  
manifesta violentia ad res  
friabiles restringi possunt;  
præsertim, quod columnā  
illam de qua loquitur tex.  
in princip. eiusmodi dice-  
re, diuinatorium est, aut  
etiā falsum si lapidea erat.  
Ad eundem etiam casum  
spectat decisio tex. d. §. qui  
pro vīa, qui loquitur in re-  
rum conductione in qua  
leuissimam culpam præ-  
stat conductor, ex ratione  
quam scriptimus, de for-  
tuito casu sīne culpa con-  
tingente, qui in specie, de

qua ibi onerat locatorem,  
vt ibidem probatur.

32. Et non obstat, si di-  
catur, etiā in simplici ope-  
rarū locatione fortuiti ca-  
sus damnū cuenire posse,  
quod cū vñus contrahen-  
tium patiatur, alterū leuissimā  
culpā præstare debe-  
re, videbatur, iuxta præce-  
dentē resolutionē; cuenit  
autē damnū fortuito casu  
in simplici operarū loca-  
tione, quādo cōductor earū  
propter fortuitū casum in  
persona sua contingenter  
illis vt nequit; & tamē ex  
vnanimi omnium sentētia  
à tetius mercedis solutio-  
ne ob hoc non excusatur.  
Sed obiectioni huic facile,  
& congruē satisfiet, si assig-  
natā præcedenti casui ra-  
tionē memoria teneamus,  
quā nihil aliud, quam ip-  
sius contractus æqualitatē  
inter utrumque contra-  
hentem seruandam atten-  
dit; vt, quia vñus fortuiti  
casus absque culpa contin-  
gentis damnum patitur, al-  
ter sustinere deberet dam-  
num secutum ex culpa  
sua etiam leuissima, quā  
for-

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

fortuito casui proxima est; at vero cōtractus æqualitas in casu locationis operarū reperitur, absque eo quod levissimā culpan ab alterutro præstari, necesse sit, stante sententia Bart. in l. si vno §. item cūm quidā, col. 3. num. 5. ff. locat. & in l. i. §. diuus, num. 2. ff. de var. & extraordinar. cognition. secundūm quam, fortuito casu contingente in persona locatoris operarum, merces illi non debetur, contingente vero in persona conductoris, integra præstatur; quæ Bart. doctrina communiter tenetur contra glossam ibidem in d. §. item cūm quidam, & vera est, ut tradidimus in commentar. l. ex hoc iure i. part. c. 9. sub verb. *locationes, conductiones* ff. de iust. & iur. & secundūm illam appetet, in specie prædicta vitrumque contrahentem fortuiti casus periculum sustinere, vnumquemque in propria persona; ut ita, æqualitatem contractus ex levissimæ culpæ ratione ab alterutro præstandæ

astruere necesse non sit, sed leuis tantum, quæ è natura contractus est, præstari debet.

Et non obstat, quod aduocatus leuem operarum suarum culpam præstat, & non amplius, & tamen fortuitus casus in persona illius contingens illi non nocet, quominus integrū totius lictis salarium lucretur, l. i. §. diuus ff. de var. & extraordinar. cognition. id enim in aduocato speciali quodam iure constitutum sic fuit, de quo latè inferius agemus cap. 7. atque ita, quod specialiter illius fauore constitutum fuit, in datum illius conuerteri non debuit, ut conuerteretur, si ob hoc ipsum levissimam operarum suarum culpā præstare deberet, qui ex natura cōtractus illa excusat, nec ultra leuem tenetur.

33. Quia vero iudex qui per imperitiam male iudicauit, tenetur; & quidem, quasi ex maleficio in casu isto, quando nō dolose sed imperite se habuit, tenetur

lex maleficijs. §. si iudex  
ff de obligat. & action. l.  
final. ff de var. & extraor-  
dinar. cognitionib. prīne.  
instit. de obligation. quæ  
ex quasi delict. nascunt de  
quo Par. de Put. tract. de  
syndicat verb. iudex malē  
iudicās, & verb licet alijs,  
proximē sequenti , latē  
Burg. de Pace in proœm.  
leg. Taur. ex nu 164. cum  
multis sequentib Menoch.  
de arbitr. cas. 339. Aul. in  
capit prætor. cap 1. gloss.  
*Fiel.* & gloss. *A las partes,* Ioā.  
Segura in director. iudic.  
ecclesiast fori 1. part c. 10.  
Cardin. Tusch. practicar.  
conclus. iur. tom. 4. con-  
clus. 404. num. 12. cum  
sequentib liter I. post om-  
nes Lusitan. Castr. in praxi  
Lusitan. libr. 5. c. 5. dubitari  
potest, an, quæ in aduoca-  
to scripsimus de reddenda  
ratione culpæ, cui imper-  
titia ascribitur, in iudice  
æqué locum habeant, vt  
ita, non ultra leuem pre-  
stare, regulariter teneatur:  
quauis enim cum ijs in-  
ter quos iudicat, nullum  
gerat contractum, vt pro-

bat tex. in d. princip. instit.  
de obligat. quæ ex quasi,  
tamen, inter eum, & com-  
munitatem, seu principem  
à quo iudicandi munus  
suscepit certo constituto  
salario, negotium utriusque  
que causa gestum esse, ap-  
paret, ex quo leuis culpæ  
obligatio venit, vt tradi-  
dimus sup. in aduocato, &  
alijs inter quos contractus  
geritur utriusque causa ce-  
lebratus. Per contrarium  
vero, quod de leuissima  
etiam culpa teneatur iu-  
dex qui in munere suo  
per imperitiam peccauit,  
illud facit, quod supra tra-  
didimus de aduocato qui  
se offert, atque quasi alijs  
peritiorem, ac valde peri-  
tum proferendo patroci-  
nio se se inculcat, qui etiā  
de leuissima tenetur, sicut  
& depositarius qui susci-  
piendo deposito se obtu-  
lit, secundūm sententiam  
gloss. magnæ in l. contra-  
ctus ff. de reg. iur. de qua  
sup. quod iudicibus con-  
uenit qui iudicandi mu-  
neri e offerunt, & offeren-  
tes, idoneos se ad id profi-  
tentur,

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

tentur, quasi, non vulgariter, nec etiam mediocriter, sed valde eruditii in iuris ciuilis disciplina: qua quidem alijs excellere debet, qui eiusdem disciplinæ munere alijs antecellit, cuiusmodi est, qui iudicandi munus agit, ut quæ aduocato desunt, ipse suppleat, quod ad officium suum pertinet, iuxta titul. C. ut quæ desunt aduocat, partium iud suppleat, vbi gloss. verb. & proferre, notat per tex ibi, quod index supplet de iure.

34. Ex quo colligitur, maiorem in iudice, quam in aduocato scientiam iuris desiderari: cum, quod deest in aduocato, supplere: ad illum pertineat quod nunc upatim probat Bouadill. politie libr. i. c. 6. num. 21. & sequenti tom. & Nec scientiam tantum, sed & experientiam debet iudex habere, ut tradit Aui-les in capit. prætor d cap. i. gloss. fiel num. 9. An vero illiteratus qui rei iudicia-riæ experientiam habet, ad iudicandi munus assu-

mendus potius sit, quam literatus sine experientia, disputat Simancas in di-rector iudic. i. part c. 4. per tot. vbi pro literato sine experimento questionem determinat, & bene, iuxta tradita per eū ibid. Cōstat, itaque, eminentem iuris scientiam in iudice requiri, & qui iudicandi officiū desiderat, bonū opus desiderat, iuxta illud Iosaphat Regis ad iudices quos cōstituerat, 2. Paralipom. c. 19. *Videte, ait, quid facatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini;* & quod cunque iudicaueritis in vos redudabit; sit timor Domini vobiscum; & cum diligentia cuncta facite; vbi notandum est, diligentia in omnibus, iudicibus suis à Rege præceptam; sed eo ipso quod huic se muneri offert aliquis, talē se habere scienciam, asserit, qualis prætenso muneri conuenit: idcirco videtur, quod leuissimam etiam culpam in eo præstare debeat iudex, & ita sentire videtur glossa ultima in princ. instit. de obligat. que ex

ex quasi delict. nascunt. dū  
ait, quòd, si iudex dubitauit  
circà legē Fusiam Cani-  
niam, durius punietur, mi-  
tiùs verò si circà l. Gallus,  
error, namque, seu imperi-  
tia circà l. Gallus. ff. de li-  
ber. & posthum. etiā in nō  
vulgariter doctos cadit, vnde  
de talis imperitia nō leui,  
sed leuissimæ culpe ascri-  
bēda erit, iuxta Bart. doctri-  
nā in l. quod Nerua. n. 18 ad  
fin. ff deposit. vbi scripsit,  
quòd si erratur in eo quod  
cōmuniter sciūt ônes, erit  
lata culpa, si erratur in eo  
quod sciunt tātū excellētes arti-  
fices, erit leuis, si erratur in  
eo quod sciunt tātū excellētissimi, erit leuissima;  
ad hāc ergo speciē pertinet  
error circà d. l. Gallus, in  
qua excellētissimi Docto-  
res Nostri laborauerūt, &  
multi etiā periculū fece-  
rūt; atque ita, si iudicis im-  
peritia circà illā, aut legem  
aliā quę de apicibus iuris  
sit, punibilis est, vtique, de  
leuissima culpa cū teneri,  
fateri cogemur; quod nun-  
cupatim probat Burg. d.  
proœm. l. Taur. n. 171.

35. Contrarium veró,  
nempe, non teneri iudicē  
de leuissima culpa, tradit  
Paris. de Put. d. verb. Iudex  
malè iudicans num. 9. &,  
quòd Nostri ita vno ore  
scribunt, ex Bald. in c. i. §.  
iudices nū. i. de pace tenēd.  
in v̄sib. feudor. refert Men-  
noch d. eas. 339. nū. 21. post  
cum Ioan. Segura in direc-  
tor. iudic. ecclesiastici fo-  
ri i. part. c. 10. nū. 9. in fin.  
Et in animę iudicio hanc  
sentētiā recutus Nauar.  
ab eo citatus cons. 4. de  
vſur. lib. 5. tenet Villalob.  
in summ. tract. 3 difficult:  
10 nū 3. vbi ait, quòd non  
est condemnandus iudex,  
qui errat in iuris subtilita-  
tibus, & probat Burg. d.  
proœm. nū. 173. vbi nō tan-  
tum à leuissima, sed & à  
leui etiam culpa iudicem  
excusat in animę iudicio,  
& ita communem senten-  
tiā esse refert; quam pro-  
bat, & intelligit num. se-  
quenti, etiam in casu quo  
iudex iudicandi munus  
petierit, dum tamen iuris  
peritus, & iudicandis cau-  
sis sit aptus.

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

Et sanè sententia ista, amplectenda est, contraria, namque, nimis iudicem arctaret, ex caquè sequetur, ad iudicandi munus assumi nō debere per principē, aut magistractus penes quos huius rei potestas refidet, nisi qui iuris scientiā excellentissimē callerent, quod paucis datum est; atque ita euéniret, ut, cùm messis quidem multa sit, operarij pauci inueniēntur; & ideo nec principis, nec maiorū magistratuū, quibus creandorum iudicū potestas inest, ea intelligi-  
tur esse mens, ut iudiciario munerī nō præfiantur, nisi qui excellētissimē iuris periti sint, sed quod excellētis viri peritia, quę leuē culpam amouet, itlorū voto satisfiat. Et nō obstat, quod, qui se offert munerī, leuissimam quoque præstare tenetur, ut diximus sup. circā aduocatum ex Bart. sentia d.l. quod Nerua nu. 32. etenim differentiæ ratio inter iudicem, & aduocatum qui se offert, stat in eo, nō aduocatus clientulo

se offert directō, & imme-  
diatē, atque idco de leuissima illi tenetur, cui se ob-  
tulit, & imperitia sua dam-  
num intulit, vt in deposi-  
tario se offerente dictum  
est supra ex communi sen-  
tentia; at verò index cùm  
se offert (quod ab illis lō-  
gē abesse debuit, cùm in-  
uiti potius, non ambientes  
ad rem publicam assumi  
debeant, ut dicere solebat  
Alex. Seuer. Ælio Lāprid.  
teste in vita illius, quem  
retulit Segur. d. director iu-  
dic. I. part. c. 7. in fin. vbi  
etiam ex D. Bernard lib. 4.  
ad Eugen. col. 4. scripsit, nō  
volentes, nec currentes as-  
sumi debere, sed cunctātes,  
& renuentes) non se offert  
partibus, sed principi, & ijs  
quibus ab eo eligendi iu-  
dicis data est potestas; ac-  
que ita iudices non ita ar-  
ctē tenetur ijs, quibus cul-  
pa, imperitiave sua nocue-  
runt, ut etiam leuissimam  
præstare teneantur, quam  
nec illis promiserunt, nec  
promouentibus se attenta  
eorum mente, ut sup. per-  
pendimus.

36. Est & alia in proposito differentia inter iudicem, & aduocatum; quia aduocatus, cum propter culpam tenetur, totum quod illa damnum intulit, resarcire clientulo tenetur; iudex vero non sic in foro externo, sed satisfacit ad arbitrium magistratus cuius de ea re notio est, qui aliquando totum resarciri damnum iubebit, aliquando partem, prout aequitate suggestente arbitrabitur, culpa qualitate inspecta; ad quod pertinet sententia gloss. final. in principio instit. de obligatione quae ex quasi delict. nascunt secundum quam iudex propter imperitiam, durius aut mitius punitur, inspecta scilicet decisione iuris circa quam errauit, si dubia erat, aut clara. Et differentiae ratio inter iudicem, & aduocatum est, quia aduocati obligatio culpa illius contingens, ex contractu descendit qui inter eum, & clientulum intelligitur celebrari proficendo patrocinio, atque

ideo damnum culpa sua illatum quam ex natura contractus praestare debet, qualemunque illud sit, ex eodem contractu resarcire debet; at vero iudex pro damno illato imperitia sua, non tenetur ex contractu, aut quasi contractu, qui cum litigatoribus contam se nec contrahit, nec quasi contrahere censetur; & quia dolo non peccavit, ex quasi maleficio tenetur, l. final ff. de var & extraordinar. cognitione & in d. princip. instit. de obligat. quae ex quasi delict. & quia ex quasi delicto tenetur, ordinaria pena statuta illi non est, sed superioris arbitrio punitur, & quod soluit loco penae cedit, ut praecitata iura probant. Hinc etiam venit, quod si eam ob causam cum iudice actum non est, in heredem illius penalis actio, seu ut penalis reputata non competit, ut aduersus Iulianum Vlpiian. & Iurisconsulti alij magis probauerunt Iulianus autem ff de indic, cum tamen, et si pro damno

# Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

dāmano culpa illato, cū aduocato actio cæpta nō sit, quia nō pñalis, sed cōuen-tionalis reputatur tanquā ex cōtractū descendens, in hæredes illius cōpetat, nec in persona illorū mutatur l. 2. §. ex his ff. de verbor. obligat. & in rubr. & nigr. C. ut action ab hæred. & cōtra hæred. incip. cū alijs.

37. Ex supradictis, ita-que, apparet, aduocatū er-rotē sāo grauius prægraua-ri, quā iudicem. Sed qui in exteriori iudicio sic graua-tur, in interiori, puto, tele-nandū, vt in illo culpæ cau-sa non maneat obligatus, etiā si talis sit, quæ obliget exteriū iuxta supradicta, dū de cōtraria cliētuli vo-lūtate illi nō constet. Mo-ueor, quia in ferēdo pro il-lo patrocinio, amici officiū gesit. l. 1. versic. Postulare ff. de postulād. vnde nō te-mere creditur, noxā culpæ causa sinē dolo cōmissam in eo quod amicē agere intendebat, ab amico libe-raliter illi remitti, quādo nec extra judicialiter, quod facere illi liberum, & facile

erat, interpellauit eum. Id-qué potissimum inspecta qualitate personæ præsu-mendum in dubio erit.

38. Sed & in hoc melio-rē esse iudicis conditionē ex eo videtur, quia iudex qui per imprudentiā pec-cat, ex quasi maleficio te-netur, & quod eo nomine soluere, à superiore magi-stratu iubetur, pñæ loco est, vt dictū est sup. & pro-bat tex. in d. l. final. ff. de var. & extraordin. cognit. & in d. princip. instit. de obligat. quæ ex quasi delict. utробique in fine ibi, in quantum de eare aquum re-ligionī iudicantis videbitur, pñam sustinebit, quæ verba futuri temporis sunt; idcir-co pñam ferendæ sen-tentiæ important, vt pluri-bus citatis tradit Tiraq. in I. si vñquā verb. reuertatur. nu. 39 C de reuocand. do-nation. vbi de hoc latissimē egit; quo casu ante iudicis sententiam in foro animæ pñna non debetur, vt pro certo ponit Alphons. à Castrode potest. leg. pñal. lib. 2. c. 2. vbi latē prosequi-tur,

tur, & ex communi tradit  
Suar.de legib.lib.5.c.6.nu.  
ii. quinimō etiā in pena la-  
tæ sententiæ, seu ipso iure  
á lege statuta idē cōmuni-  
ter tenetur, vt tradit Cou.  
de sposal. 2.part. c.6 §.8.  
nu.10 Nauar.in manual.c.  
23. num.66. in princip. &  
esse cōmunem inter om-  
nes utriusque iuris. Inter-  
pretes. ac Theologos ean-  
dem secutus tradit Azor.  
lib.5. moral. institution.c.  
7. post princip.1.part.

39. Vcrūm, in casu de  
quo agimus contrariū est  
tenendū, quia in illo pæna  
iudicis pro satisfactione  
damni est, quod culpa sua  
intulit parti, vnde quando  
culpa talis est, pro qua se-  
cundū leges huic pænæ sit  
obnoxius, quia lex iusta  
quæ in veritate nititur, vt  
euénit in ista, de qua agi-  
mus, in foro quoque ani-  
mæ locū sibi vendicat, eo  
ipso quo iudex propter dā-  
num culpa sua illatū parti  
lēse in exteriori iudicio se-  
cundū legē tenetur, in in-  
teriori quoq; manet obli-  
gatus antequā satisfactio

damni ab illo exigatur, vel  
in pæna cōdemnetur, quæ  
loco illius subrogata est.  
Nec quidē amicitiæ ratio  
militat in aduocato quia  
amicī officiū gerit, ex quo  
volūtatis cōiectura pro eo  
oritur ad excusationē il-  
lius, quandiu de contraria  
amicæ partis voluntate nō  
constat, vt tradidimus, in  
iudice locum habet.

40. Adde tamē, quod ali-  
quādō iudex qui per igno-  
rantiā iuris malē iudica-  
uit, ita vt lenē in hoc culpā  
cōtraxerit, in foro animæ  
de illa nō tenetur, quod in  
eo qui ad iudicādi munus  
assumptus est inuitus, tra-  
didit Petr. de Bellapertica  
in auth. hodie. C. de iudic.  
quā refert, & sequitur ibi  
Cyn. lögē aliter tradens in  
illo qui volūtariē promo-  
uetur, sicut hodie, inquit,  
faciunt, de quo ait, quod si  
propter impetitiā malē iu-  
dicat, fortiter peccat; &  
Paul. de Cast. d. auth hodie  
n.2. Petr. & Cyn. relatis idē  
prebat ampliatq; in eo, qui  
et si volūtariē mun⁹ suscipit  
de partiū tamē cōsc̄su susci-  
pit, vt &

## Director. Aduoc. & de priuileg. eor.

vt & is in foro animæ non teneatur nisi de dolo , ar-  
gum. l. i ff. si mensur. fals. mod. dixer. quod dicit no-  
tandum pro arbitris, & ar-  
bitratoribus partium vo-  
luntate electis , vt litem  
suam non faciant, si male  
iudicant , nisi dolosé ita  
faciant , intelligendus est  
verò, dolo facere, qui lata  
culpa facit, iuxta ex. quem  
allegat in d.l.i.§ hæc actio,  
versic. Lata culpa.

41. Ultimò pro com-  
plemento eorum quæ de  
aduocato qui in culpa fuit,  
dicta sunt , notandum est,  
cum intra triduum erro-  
rem suum posse corrigere,  
secundùm Dyn. tractat de  
præscription. nu. 4. versic.  
Præscriptio est trium die-  
rum , vbi hoc ita tradidit

per rex. quem allegat , in  
l final. C de error aduocat.  
Apud nos vetò, postquam  
acta in iudicio sunt exhibi-  
ta , non licet aduocato  
quicquam addere aut cor-  
rigere absque iudicis li-  
centia ; quam ille tamen  
semper elargitur, quandiu  
res est integra; & ita apud  
nos praxis obseruat de-  
ducta ex Ordin. lib 1. titul.  
48. § 14. Legitimum au-  
tem aduocati impedimen-  
tum iustam inducit pro  
clientulo suo excusatio-  
nem , & eam ob causam  
terminus reformatur , vt  
ex Federic. de Sen. conf.  
114. Super punto, in prin-  
cip. tradit Tusch. practic.  
conclusion iur. tom 1. con-  
clus. 231. in princip. sub  
liter. A.

CAP.

CAP. SEXTI

S V M M A R I A.

1. **A**duocato salario  
patrocinij sui  
iustè debetur,  
& a clientulo exigi potest.
2. Aduocato an stipendium de-  
beat pro consilio praestito  
absque præsenii studij labo-  
re, traditur; & contraria  
opiniones bimembri distin-  
ctione concordantur.
3. Aduocati qua actione, &  
remedio iuris salario sibi de-  
bita petere possint.
4. Aduocatus gratis pauperi  
patrocinari tenetur. Idem in  
indice traditur, notario, pro-  
curatore, & medico, quod  
gratis pauperibus ministeri-  
as sua exhibere teneantur.  
Et n. 7.
5. An aduocato in causa pau-  
peris, de publico salario datur  
sit, & de consuetudine ali-  
quarum gentium.
6. Pauperi, quando pro eo iustæ  
litis præsumptio adest, praestā-  
da sunt alimēta, atque etiā  
litis expensa ab aduersario.  
Non tamen in praxi recep-  
tum id est.
7. Quando aduocatus sub rea-  
tu mortalis culpæ gratis  
pauperi patrocinari debeat.  
Et de copiosa apud Deum  
mercede patrocinantis pau-  
peri absque pecuniario quæ-  
stu.
8. Si diues, & pauper aduoca-  
tum simul cōueniant patro-  
cinij ferendi causa, præferē-  
dus est pauper.
9. Cliētulus cui aduocatus pa-  
trocinium gratis impendit,  
an praestiti sibi patrocinij  
salarium ab aduersario in  
causa victo exigere queat.
10. Aduocatus causam suam  
per se in iudicio defendens,  
an patrocinij salarium ab  
aduersario in litis expensis  
condemnato habere debeat.
11. Gratuito aduocati patrocinio  
viens in causa quam vicit,  
salarium illius ab aduersario  
exigere

# Director.aduocat. & de priuileg.eor.

- exigere nequit in foro conscientia, nec exactum rei-  
nere.
12. An clientulus qui salario de-  
bito aduocatum suum frau-  
dauit, exigere illud possit in  
calculo expensarum.
13. Aduocato an totius litis sa-  
larium debeatur, illa finita  
per amicabilem partium  
transactionem.

## CAP. VI.

### De salarijs aduocatorum, quod iuste de- beantur. Et an à paupere.

I.  Nter alia quæ ad aduocatum cum clientulo suo pertinent, præcipua de salario inuestigatio est ; de quo, quia circā multa versatur, longa se offert ad utrumque forū disputatio. Antequām, ut certū & indubitate præmittitur aduocationis salariū à clientulo iuste de-  
beri, ab eoqué exigi posse, ut probat Deciān. in Apolog. pro Iurisprudentib. c. 22. titul de offic. consulentis, à num. 152. & pluribus citatis tradit Tiraq. de no-  
bilit. c. 39. à num. 27. cum sequentib. & conueniunt omnes Iuristæ, & Theolo-  
gi, probat Scholasticorum

Princeps 2.2. quæst. 71. art.  
4. in corpore, vbi idem tra-  
dit in medico, opē fertente  
ad sanandum, & alijs simili-  
bus personis, dum tamen  
moderate accipiant, consi-  
derata conditione perso-  
narum, & negotiorum, &  
laboris, & cōsuetudine pa-  
triæ. Et etiam salarium nō  
conuentum debetur aduo-  
cato ; quod ut speciale in  
illo, ex communī alijs ci-  
tatis tradit Mastri. de  
magistratib. libr. 1. c. 21. nu.  
101. 1. part. & solo Federic.  
de Sen. ad hoc citato conf.  
218 in princip. versic. Non  
obstat quod de aduocato,  
tradit Card. Tuschus præ-  
dicar. conclus. iur. tom. 1.  
conclus. 230, sub lit. A. Et  
ad cō-

adeò quidem aduocato patrocinij sui salarium debetur, ut nec vasallus pro domino gratis aduocare tenetur, sicut non tenetur personalia alia munera cū sumptu, vel etiam sine sumptu subire, nisi ad id ex pacto, aut aliunde sit obligatus, ut tradit Innoc in c. sicut. 2. na. 2. de iure iurād. & illo citato, in rege loquens idē tradit Paris de Put. de syndicat. verb. potestas cūm esset, nu 3. Et licet, iustū consiliū vendere, & operas suas, ut per eum ibidē nu. p̄r̄ced de quo D. August. in epist. 54. ad Maecedonium, cuius verba sūt in c. non licet. 11 quæst. 3. Non licet, inquit, iudici vendere iustum iudicium, et si liceat aduocato, vendere iustum patrocinium, & iuris consulto reatum consilium, idem habetur in cap. non sanē 14. quæst 5.

2. Scriptis tamen gloss. de c. non licet, quōd si sine labore aduocatus potest dare consilium nō reuolendo libros, nec laborando in perlegēdis allegationibus,

tunc gratis tenetur subuenire, sed Specul. lib. 1. de salarijs, titul. de salario aduocatorum, nu 1. contrarium magis probat, idquè constanter affirmat Ioā. Andr. in addition. ad eum ibid. verb. labore, quē refert, & indubitāter sequitur Caccialup. de aduocat. quæst 1. nu 8 & post alios ab eo citatos Tiraq de nobilit. c. 29. nu. 32. & sequenti. Petr. Rebuf. de priuileg scholar. priuileg 46. vbi refert Archid. in d. cap. non licet, & Specul. loco citato tenentes contra gloss. contra quā tenent etiam Didae. Perez in l. 2. titul 19. lib. 2. Ordin. versicul. Aduocatus prætereā non debet à clientulis suis, prope fin. Suar. de Paz in praxi annotat. 5 num. 49. Azeued. l. 21. num. 6. titul 16. lib. 2. nou. recopilat. Decian d titul. de offic. consulentis num. final. vbi alios citat tenentes contra gloss. contra quam, inquit, communem sententiam stare, & post eos Bouadill. politie. lib. 3. c. 14. num. 68. tom 1. vbi,

# Director.aduocat. & de priuileg.eor.

vbi gloss. illam communiter esse reprobata , asseruit ; contra quam tenent etiam Cened. ad decretū collectan. 28. nu. 20. Stephan. Gratian. disceptation. forens. c. 39. nu. 16. & sequēti, tom. i. & his relatibus Emman. Barbos. ad Ord. Reg. lib. i. titul. 48. §. 27. n. 6. & vltra eos Cald. in reliction. l. vnic. C. ex delict. defunct. 5. part. nu. 28. verba autem Ioan. And. hæc sunt. Ex hac ratione sequitur, quod ego, qui vltra quinquaginta annos laboravi in studio, per quod cum modico nunc labore studij præsentis quærentे expedio , ero deterioris conditionis, quam qui parum laborauit in studio, & modicūm prædictus, habet nunc , ut respondeat, laborare. Quare constanter dico, in his nō solū præsētis, sed, & præteriti laboris rationē habendam.

Mihi videtur , quod vtraque opinio distinctione cōcordetur, vt, scilicet, glossæ opinio locum habeat, quādo consiliū quod à iurisperito petitur, secundūm subiectam illius ma-

teriam tale est , vt sola ratione naturali, semota etiā ciuilis iuris disciplina , à quoquam etiam illiterato cōparari possit , videlicet, si querat rusticus, rem suam quam alteri commodauit , in iudicio repeteret possit ab eo, aut ab heredibus illius , item si duobus, aut tribus testibus contratum probare possit . & sic de alijs, quæ absque ullo vñquam iuris studio , nec præterito , nec præsenti; etiā illiteratis innoescunt; de his enim consultus aduocatus, gratis respondere tenebitur, non magis, quā si à forensi interrogaretur de loco iudicij, aut de iudicis domo. Contraria vērō opinio procedat , quando consilium tale est, quod, et si præsens studium præsponsione non requirat, præteritum tamē pro materia sua requirit , quia absque iuris studio cōparari non potuisset ; in hoc enim casu rectum consilium vendere, licebit aduocato , quanuis de præsenti; quia in p̄ceptu habet,

positam quæstionem deci-  
dendam, cum illa antea ad  
discendo perlegerat sumptu-  
susque fecerat, & magnope-  
re laboraret propter quod  
gratris consulere non tene-  
tur, imo salarium ei debet  
elargiti, licet nullus incon-  
sulendo labor insit, quia  
sufficit antractus labor, &  
studiorum sumptus, & ita  
potest procedere prima opi-  
nio, licet illam ut magis co-  
munem omnes indistincte  
admittant, & vlt̄ra supra re-  
latos eandem opinionem  
tenuit Archidiacon. & om-  
nes in d. cap. non licet, Frā-  
cis. de Imol. in cap. cum ab  
omni n. 17. de vit. & honest.  
Cleric. Ann. in rubr. de Ma-  
gistr. num. 28. Ias in §. sed  
ista quidem num. 113. Inst.  
de action. & etiā apud Theo-  
logos admittitur, ex Anto-  
nin. 3. p. tit. 6. cap. 2 §. 4. So-  
co de lust. & iur. lib. 5. quæs.  
8 art. 4. pro quibus est text.  
in cap. sanc. 14 quæs 5. cap.  
1. §. nec etiam de foro com-  
petit. libr. 6. leg. sumptus. ff.  
de pact. l. 1. §. in honorarijs.  
ff. de var. & extraord. cogni.  
leg. vnic. C. de suffrag. D.

Thom. 2. 2. quæst. 71. art. 4.  
Nauar. in Manual. cap. 25.  
nu. 30. Quod in aduocatis  
Ecclesiae. & Reip. similiter  
locum obtinet, gloss. vltim.  
& ibidem Abb. in cap. bre-  
ui. d. iut. iuran. Menoch. lib.  
2. de arbitrar. casu 494. n. 8  
3. Aduocati quæ actione  
& quoquo iuris remédio  
possint sibi debitum sala-  
rium in iuditio consequi.  
Distingue, quando inter ad-  
uocatum cōuenit & Clien-  
tulum de certo salario, pro  
causæ & litis defensione, &  
patrocinio præstanto, tūc  
enim vel poterit intentare  
actionē extra stipulatū, ex  
textu in l. salarium. iuncta  
gloss. ff. mandat. l. 1. C. eod.  
tit. vel extraordinarium iu-  
ris remedium implorato iu-  
dicis officio ad mercedem  
soluendam, & promissum  
sibi salarium condonandū,  
vt in l. 1. §. in honorarijs ff.  
de varijs, & extraord. cog-  
nit. Si vero nulla interfuit  
conuentio pro salario effū-  
dendo: tunc eadem actio  
extraordinaria cōpetit, de  
qua in d. leg. 1. §. in honora-  
rijs. & in §. medicorum. leg.

# Director.aduocat. & de preciileg.eor.

ambitiosa § ad idem. ff. de decut ab ordin. faciend. vel etiam propter operas quas aduocatus exhibuit in cauſe defensione, conducti actio potuit competere, cum sit actio quæ propter laborem assiduum quo perpenſi aduocati Clientuli ſui partes gerunt laboris actio dicatur, leg. ſed addes §. fin. ff. locat juncta l qui operas ff. eodē tit. Rotagen. decis. 155. per totam, veletiam ne gotij gesti contraria actio ne poterit experiri, argum. leg 2 ff de neg. gest. & eo iū que Cuiac obſeruat. lib. 11. cap. 9. Rebus. de except. n. 606. Petrus Gregor. Syntagmat. iuriſ. lib. 29. cap. 2. n. 6.

Ultra quæ existimarem non inutiliter poſſe intentari actio de dolo pro ſalario conſequēdo, quia cum in hoc caſu potius reſultet innominatus contractus, facio ut deſ, in tali contraſtantum de dolo actio compeſtit ex l. naturalis. § quod ſi faciē ff. de præscript. verb. non enim dolo careret clientulus qui ſoluere recuſat aduocato iuſtam merce

dem, & debitum ſalarium aduocationis ſuæ & post ſe catum implementū ex parte ſua faciunt, qua Cuiac. lib. 2 obſeruet. cap. 18. Caldeir lib. 4. variat. cap. 1. nu. 5 Fab. lib 16 conjectura 18. & decad. 18. err. 6. Gaspar ad eūdem Fabium lib. 1. traſt. 25. quæſt. 6. & 7.

4. Aduocati, pauperibus inopia, quæ laborantibus gratis patrocinium præſta redebent, notauit Bald. per textū ibi in l. ſi ſuſiōſi. C. de nupt. & in Auth. genera liter. colum. 5. C. de episcop. & cleric. Iaf. in § ſe diſta qui dem. num. 5. Inst. de actio nib. vbi n. 16. idem ampliet ad notarium, ut non recipiat ſalarium quādo instru mentum facit de aliquo ac tu, vel contractu pauperis ſequitur Roman in l. ſi ve ro. §. de viro. ff. ſolut matrimoni pro quibus eſt text. in l. tam demensis. C. de episc. Audientia vbi gloss finalis. eandem opinionem admit tit Couar. practica ū quæſt. cap. 16. à n. 4 & lib. 3 variat. cap. 14 num. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 369. n. 3.

My.

Mysinger. centur. 3. obser-  
vat 32. & iam antea causum  
erat, ut causatum pattoni si-  
ne mercede, aut munerebus  
causis adessent, ut scripsit  
Alexand. ab Alexand. lib. 3.  
dierum Genial. cap. 5. ita à  
Nerone constitutum fuisse  
quia aduocationis officium  
publicū est, & eam ob cau-  
sam adinuentum, ut ijs suc-  
curratur qui ius suum tueri  
& causā dicere ignorāt; itē  
quia ut inquit Bald. in d.l.  
si furiosi C. de nupt. no. 4.  
pauperitas est magna affli-  
ctio, & afflictio non est dan-  
da afflictio, & ita aduocati,  
iudices, & notarij in causis  
pauperum non debent vl-  
lam recipere mercedē. Au-  
thent. de iudicibus §. ne au-  
tem col. Authent. de man-  
dat. princip. § sic tibi quoq;  
tertium studium col.

5. Licet dubium sit an in  
causa pauperis salariū p̄x-  
standum sit aduocato de  
publico, & secundum ius  
commune ita constitutum  
esset, ut de publico aduoca-  
to salarym elargiretur pro-  
pter causam pauperis quā  
agit, & defendit, de quo po-

tius consulere infra citatos  
Doctores, hodie vero iam  
in desuetudinem abiit con-  
stitutio hæc, ut de iure Re-  
gio nullum salarym de pu-  
blico aduocato p̄stetur  
pauperis causam moderan-  
ti, sed ex ipsius sumptibus  
ei satisfacieat dum sit, & de  
suo soluant illo verò sic, ex  
pedit autem, ut qui de suo  
soluere possant litis expen-  
sas, de suo soluāt, ut causum  
saltē timore ab iniustis li-  
tibus homines cohibant-  
tur c. finem litibus, extra de-  
dolo, & contumac. leg. cum  
quem temere ff. de iud. cū  
alijs, de quibus Beninc. d.  
speciali i. num. 24. At veò  
qui non habet vnde soluat  
& hoc, & illo indiget pro-  
causa agenda, aut defenden-  
da; & ideo utrumque Prin-  
ceps dare debet tanquam  
necessariū antecedēs ad iu-  
stiam pauperi administrā-  
dam, quod illius munere  
est, ex regul. d.l 2 cum con-  
cordantibus.

6. Apud nos tamen, ut di-  
xi, in usu non est, ut salary  
de publico dentur aduoca-  
tis pro patrocinio ferendo

# Director.aduocat.& de preuileg.eor.

pauperibus. Aliquando tam  
enim litis expensæ atque e-  
tiam alimenta à colitigato-  
re pauperi præstantur dum  
lís ipsa penderet, quando, sci-  
licet, iustæ causæ pro paupe-  
re præsumptio adest secun-  
dam specul.lib.4.tit.de In-  
quisitione. § vlt.num.2. ar-  
gumento text.in l.final. C.  
de ordin.cognition. & l si  
instituta. § de inofficio ff.  
de inofficiis. testament. cū  
alijs ab eo ibidem citatis,  
cuius dictum sanctum vo-  
cat Rip.in l 2.num.4.ff.de  
re indic. & sequitur Felin.in  
C. si quis testium num.9.ver-  
sicol.secundus casus, de tes-  
tib. qui bonæ præsumptio-  
nis pro paupere exemplum  
ad hoc ponunt in sententia  
pro eo lata a qua est appellatum, eandem opinionem  
ut de iure verâ probat Co-  
uart.præst.ca 6.num.5.secun-  
dus Guid.pap.quæst.561.ab  
eo relatum, & seruandam  
fore, sertipicit, vbi, perpenso  
statu litis, & causæ, consta-  
ret aliqua non leuis præ-  
sumptio pro iure actoris  
pauperis, tametsi fateatur,  
se nunquam illam in praxi

receptam vidisse, quod &  
ipsam assuerat Boet. ab eo  
item relatus decis.303. co-  
lum.2.num.4. & noster Va-  
lasc cons.1. num.9.tomo 1.  
qui prædictam sententiam  
non probat ibid. in versi-  
cul. Nec existimo, præter-  
quam in casu d.l. si institu-  
ta. § de inofficio, & alijs  
consulit, quod Rex adeat-  
tur, subdens, quod aliquan-  
do vidit impetratiū. Surd.  
verò tract de aliment.tit.1.  
q.120. questione provtraq;  
parte disputat, & in illa af-  
firmatiuam probat senten-  
tiā multis pro ea adduc-  
tis ex num.7 cum sequen-  
tibus, nouissimè sequitur  
Lusitanus noster Mendes à  
Castro, præcipue quando  
lis est inter eos quibus ali-  
as de iure naturæ alimenta  
debentur, & pro acto ad  
est aliqua præsumptio iusti-  
tiae, in praxi Lusitani.lib.1.  
cap.4 num 1. vbi senatum  
nostrum sic decreuisse, tes-  
tatur, refertque, apud alios  
idem seruari. Sed tamen  
Surd loco citato nume 14.  
prædictam sententiam suc-  
cinctè loquens multum re-  
Stringit

Stringit ad casum, scilicet, quo pauper petceret, vel vniuersitatem hæreditatem, vel maiorem partem, secus, inquit, si personali actione ex petiretur pro aliquo suo credito, vel pro aliqua re singulari, quam prætendat suam, ceterū, & in his causis cùm pro paupere iustæ litis præsumptio adeat, urgent fundamenta per eūdem adducta pro priori sententia.

7. Quia verò, nec semper, nec secure, pauperi litiganti subuenitur prædicta sententia præsertim, quod quicquid de iure sit, in praxi non est recepta, ut suprà citati Doctor. attestantur, non potest illa aduocatus excusari à gratuito patrocinio in causa pauperis qui non habet unde litis expensas soluat. Quare, iuxta communem sententiam, quam supra retulimus, præstandū gratis ab illo erit, quod ex D. Thom. d. quæst. 71. art. 1. in corpore, intelligit Caietan. ibidem, cùm pauper patrocinio tali, pro se alendo extremè eget, & ex-

plicat Couarr. dict cap. 6. numer. 4. subdit vero dict. num. 4. in fin. quod & gratia necessitas litigantis, & aduocati possilitas ad hoc eum obligant sub reatu mortalis culpæ, secundum Sylvestr. verb. aduocatus, quæst. 28. & Sot. optimè explicantem, de iustit. & iure libro 5. quæst. 8. artic. 1. ab eo relatō, idem tenet Bartholom. de Medina in instruct. confessor. cap. 16. §. 4. in fin. Emman. Rodrig. in summ. 1. part. capit. 4. conclus. 6. nouissime Pedro de Ledesma in summa 2. part. tract. 8. capit. 26. conclus. 1. ubi in versicul. Digo lo segundo, ne dum in extrema & graui, sed in communi etiam pauperis necessitate, idem probat ex communī Thomistarū sententia contra Caietanum. Quod vero in aduocato D. Thom. docuit, in medico & quæ tradidit ibidem ad pauperum curationem; & in similibus alijs obseruan- dum idem erit. Et hæc qui dem sententia tenenda omnia est, ut vera, commu-

Director aduocat. & de priuileg. eor.

nis, & piz; quam qui amplectitur, & opere compleat, & si nullam à paupere, cui laborem suum impedit, mercedem recipiat, copiosam tamen à patre pauperū spe rare confidenter, ac merito debet, iuxta illud Proverb.

19 Faneratur Domino qui misereatur pauperis, & vici studinem suam reddet ei. Nec qui dem alterius, quām ipsius Domini verbum illud est: *Amē dico vobis, quādū fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Matth. 25. Igitur non pigeat pauperē patrocinio, & proprio labore gratis iuare, quando, quod illi sit acceptum sibi refert, qui centuplum reddit; & ideo, non ex tristitia, aut ex necessitate causam pauperis agat, quia sine pecuniario salario agit, id est, non iniucus, ac iudicis ius su impulsus sed gaudēs Dei spiritu ductus, *Hilarem enim datorē diligit Deus,* 2. ad Corinth. c. 9. & ad Roman. 12.

*Qui miseretur in hilaritate.*

8. Scante autem prædicta sententia venit, quod, si patrocinij præstandi causa ad

uocatum cōueniant simul diues solute paratus, & pauperē extremitate indigens qui non habet unde soluat, dimiso diuite pauperem sub patrocinio suo suscipere tenebitur, tum, quia diues ab uno repulsus facilē alium inueniet, qui suscipiat, aut etiam multos inueniet se illi offentes, pauper vero non habet subleuātem secum, quia aduocatus uno vinculo tenetur diuīti patrocinium illius efflagitanti, quod ad ius ciuile pertinet, quia, scilicet, publicum officium gerit, ut sup. capit. præcedente tradidimus, at vero pauperi & hoc, & arcitorū etiam vinculo alio obstrictus est, quod ad naturale ius pertinet, secundum quod extremitate indigētibus subuenire tenemur, & duo vincula fortius ligāt, quām vnum, præterquam quod hoc, ultimum legitimā præbet excusationis causam ad diuitem dimittendum. Hoc autem accipiendum semper sic est, quando utriusq; causa iusta apparet secundum ea quæ ab uno quoq; pro

proponuntur, si enim causa alterius eorum iniusta appareat, etiam si pauperimus ille sit, dimittendos erit admisso diuite, iuxta illud Exod. 23. Pauperis quoq; non misereberis in iudicio, & Leuit. 19 Non consideres personā pauperis, nec honores vultum potentis: iuste iudica proximo tuo.

9. Cum autem pauperi patrocinium gratis sit impendendum, iuxta prædicram sententiam, si causæ victor pauper ipse euadat, dubium erit, an salariū, quod alias, patrono soluendum erat, ab aduersario cum aliis litis expensis, quibus est multatus, exigere possit. Quam questionem disputat, late Cucua decis. Aitagon. 14 à num. 4 cum multis sequentibus, tom. 1. ubi varie distinguit, & subdistinguit, & pulcherrimam vocat Beninc. tract. de pauperia. quæst. 7. speciali. i. in iudice. ubi ex num. 20. cum sequent duas adducit in illa sententias, ac tandem num. 28. communem Doctor. resolutionem, qui distinguunt

inter eum qui gratis clientulo suo patrocinatur animo donandi, & illum qui remunerandi præteriti beneficij, aut futuri animo, & causa, patrocinij sui salariū non recipit, ut primo casu victor à victo patrocinij præstiti salarym repetere non possit, secundo vero sic; & ita distinguit Specul. lib. 2. titul. de expens. §. fin. num. 8. Rot. decis. 535. alias 38. sub titulo de sentent. & re iudicat, in antiquis, & rur sus decis. 5. titul. de procuratorib. num. 2. & omnes eorum muniter, tam iuris ciuilis, quam pontificij Doctores, secundum Boet. qui illos regulit, & secutus est decis. 210 num. final.

10. Ex qua communī sententia & resolutione inferatur, aduocatum qui per se ipsum suam propriam causam defendit, patrocinij sui salarym ab aduersario in expensis condemnato habere non posse, quod interminis probauit Rot. in antiquis decis. 41 alias 533. & tenet Bart. & alijs in l. stipulatus ff. de fideiustor. Bald. in

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

in l'fin. numer. penult. C. de  
fruct. & lit. expens. vbi glos.  
verb. cum quidam, quam  
ad hoc communiter indu-  
cunt Doctor. secundū Gail.  
lib. 1. obseruat. 151 num. 16.  
Canonistæ in c. finem lit-  
bus de dolo, & contum. &  
pluribus citatis communē  
tradit, & sequitur Cueua d.  
decisl. 14. num. 1. cum duo-  
bus sequentibus, Boer. d. do-  
cis. 210. num. 3. vbi ex com-  
muni sententia limitat in-  
aduocato, qui causam pro-  
priam conduxit, petēte po-  
stulationis suæ salarium tan-  
quam interesse, & damnū,  
quia in alijs causis non po-  
tuic interesse, & ita pluri-  
bus citatis tradit Bouadilla  
in polit. lib. 5 cap. 2. nu. 104.  
rom 2. Pet. Barbos. in l. eum  
qui temere, in princip. nu.  
261 ff. de iudic. atque eo, &  
alijs citatis, Eman. Barbos.  
ad Ord. Reg. lib. 1 tituli 48.  
§. 27. nume. 91. & rursus tit.  
91. num. 4. eod. lib. Quod  
nec in casu isto probat Bal-  
dus d. 1 final. num. penult.  
ex eo, quia tale damnum, li-  
tis damnum non est, cui  
respondeat Gail. d. obseruat.

151. num. 18. Apud nos vero  
hoc in usu non est, sed ad-  
uocato in propria sua cau-  
sa coram iudice, & in actis  
postulanti consueta aliás sa-  
laria taxantur, illaq. ab ad-  
uersario victo recipit: for-  
tassis praxis hæc inde fluit,  
quia in hoc Regno aduoca-  
tus alium constituit, qui in  
causa propria pro se postu-  
let; cui huius rei causa acta  
processus exhibentur; atq;  
ita constitutus ab eo aduo-  
cati nomen geret in causa,  
quanvis is ad quem illa per-  
tinet, in actis scribat, ac pro  
se coram iudice postulet,  
quod illi non prohibetur.  
Nec sanè credo, quod pra-  
xis ista, vnde cunque illa ef-  
fluxerit, aliena sit à iure, cū  
aliás, stante communi præ-  
dicta sententia, qui iniastā  
mouit, sustinuitue litem, vn-  
de meruit in expensis con-  
demnari, commodum re-  
portaret ex iusto labore in  
centis, laborque ipse, qui  
pecunia æstimabilis est, si-  
ne mercede maneret; diuer-  
saque est ratio in casu isto,  
ac in illo, in quo litigator  
gratuitum habuit aduoca-  
tum.

tum; in illo enim qui viceit, nec de suo expedit pro patrocinio sibi prestito, ut proponitur, nec in praestando labore impedit, unde nulla subsistat causa, quia taxatum alias patrono salarium, quasi litis expensas exigere sibi ab aduersario possit; quod in aduocato propriam causam agitante longe aliter se habet, qui, et si de suo non expedit, pro patrocinio litis, suum tam in illud laborem impedit, qui quasi litis expensa a se facta, iustam exigendi iusti salarij causam praebet, quod ut iure veterius probat Valasc. noster conf. 25. num. p. nult tom 1. vbi nu. sequenti subdit quod in hoc Regno sumus extra dubium propositae questionis, properea quod aduocatus per se causam propriam non defendit, sed per alium id ex quo iubetur. Quod tamen cautelis accipiendum, ne dum hac ratione presentis casus dubium euitamus, in precedentem incidamus, quo patrocinij salarium in ter litis expensas non nume-

ratur, quando gratuito illud præstatur; quod inter muneris istius consocios, collegas qui vrbane fieri consuevit.

ii. Insertur secundo, eum qui gratuito aduocati patrocinio in causa quam videt fructus est, salarium aduocato taxatum, in foro animalium ab aduersario in expensis condemnato exigere non posse, nec exactum, quia forte ille de hoc ignarus non exceptit, posse retinere; cum enim illud expensarum condemnatione non comprehendatur, quia a viatore expensum non fuit, nec idcirco illi debeatur, iuxta communem sententiam, virtute rei iudicata exigere nequit, nec retinere, quod iudicatum illi vera non extat. Quod si dicatur, victorem maiora alia detimenta pati in ipsa iniustae sibi mota litis prosecutione, ideo aduocati salarium in casu predicto alias sibi non debitum, exigere, & retinere posse, respondeo, hoc causam compensationis respicere, qua vti

# Director.aduocat. & de preuileg.eor.

quiisque potest in animæ iudicio seruatis seruandis, atque idcirco, nō magis prætentem casum id exonerare, quam si ab aduersario, qui ectum dare damnatus est, plus exigenter virtute rei iudicata, quiaforte in illum latuit igitimæ compensationis intuitu

12. Maior dubitatio est, an etiam locū hoc habeat quando aduocato salaryum solutum non fuit non quia gratias patrocinatus est, sed quia clientulus ingratus, post causæ victoriam adep tam salaryo debito, & in progressu litis assueranter, prout moris est, promis so fraudavit eum; quod non pauci faciunt inique, & cum animæ suæ detrimento non paruo, & si id parui pendentes, in hoc ergo casu videtur dicendum idem, quod in præcedente, & multo magis, quia debitum salaryum non solvens, quasi solutum ab aduersario repetit, dolose sic erga utrumque agens. Sed contrarium est tenendum in ea uero isto, quia in eo aduoca

tus gratuito non est patrocinatus, sed soluendi sibi salati j animo, & spe, cui clientulus utroque foro manet obligatus, atque ideo exigeret sibi potest ab aduersario in expensis condēnato, tanquam sibi ipsatum expensarum calculo ad iudicatum; quod enim patrono nō soluit, à solueudo eum non liberat; denique, secundum cōmunem antidotalis obligatio clientulo erga aduocatum sufficit, ut salaryum quod illi non soluit à condēnato repetere possit, multo magis ergo operari hoc debet ex mēte communis, ciuilis & naturalis obligatio qua pro salaryo quod non soluit, manet obligatus patrono, & conueniri ab eo potest.

13 Adeo autem salaryum causidico debetur, vt si lis per amicabilem partiu cōpositionem finem accipiat, nihilominus totius litis salaryum, illi debeat, quod in iudice loquens tradit Ianson in § tripli, num 5 8. instit. de actionib & in salaryo aduocato promisso in even-

cam litis cum causæ victoria, tenet gloss. final. in l. v. Nic. C. de suffrag. vbi quæstionem sabbatinam dicit, & Alberic. ibi num. 3. varias in illa Antiquorum sententias refert, nullam firmans, idem tenet gloss. in l. final. verb. ex euentu litis ff. mandat. per tex. ibi, quam notabilem vocat, & sequitur Guid. Pap. quæst. 102. incipit, licet, vbi iuxta finē ait, quod ista est communis opinio ex speculat. titul. de salarijs. § sequitur de aduocatorum salario, versicul. sed pone; quo in loco speculat. quæstionē ponit in eo qui aduocato centum dare promisit, si vinceret in causa, si non vinceret, quinquaginta, & postea cum aduersario transfigit, & quæstionē ibi num. 7. & 8. ad utramq; partem disputat, & pro glossæ sententia Antiquos non nullos allegat, & inter illos præceptorum suum, quem dominum suum vocat: ipse verò d. num. 8. in fine concordando opiniones distinguit inter transactionem à entuclilo factam in fraudē

promissi, & transactionem bona fide factā, vt quia lis erat dubia, vt primo casu totum consequatur patro-nus, secundo vero non totum sed pro rata seruitij quod præstítit habita facie sue consideratione nisi aliud inter eos actū fuerit; atque ita fraude non interveniente à glossa, & communi discedit; quam alios referens, & loquens simpli-citer in aduocati salario probat Beninc. tract. de pauper. & eius priuileg quæst. 7. speciali. 1. in iudic. num. 6. Bouadill in polit. lib. 3. c. 14. num. 63. versicul. Però seguramente, tom. 2. Gratian. disceptation. Forens. c. 55. num. 16. tom. 1 & alijs cí-tatis, Barbos. ad Ord. Reg. lib. 1. titul. 91. num. 5. Cu-ius sententiæ ratio commu-niter assignatur, quia trans-actione facta, non stat per aduocatum, quominus cæptam sub patrocinio suo li-tem perficeret, ideo totius litis salarium debet habe-re; ad quod bonus tex. in l. qui operas in fin. ff. locat l. final. iuncta glossa ibi C. de

# Director.aduocat. & de preuileg.eor.

conduct. ob caus. & commu-  
nis sententia cum glossa  
magna ibi in l. si vno. §. i-  
rem cum quidam ff. locat.  
vbi in versicul. cum autem  
quis operas Azon senten-  
tiam secuta tradit, quod is  
qui operas suas alteri loca-  
uit, quando non stat per  
eum quominus illas p̄fet-  
ter, sed per conductorem,  
totius temporis mercedem  
habere debet, in quo glossa  
illa communiker recipitur.

## CAP. VI.

### S Y M M A R I A

1. **L**ocatore operiarum im-  
pedito quominus eas pra-  
stare posse propter fortui-  
tu casum in persona ipsius  
contingentem, mercedem  
ellarum non lucratur.

2. Fallit in aduocato, & spe-  
cialitatis ratio à Bart. assig-  
nata traditur. Aliam vid.  
num. 14.

3. Praefectis, & magistrati-  
bus magnis, quibus salario  
propter dignitatem princi-  
paliter sunt constitutis, se-  
moriani ante finium of-

ficij tempus, totius tempo-  
ris salario debetur, secun-  
dum Bart. communiter re-  
ceptum.

4. Contraria alierum opi-  
nio referitur, secundum quā  
mortuo aduocato intra an-  
num pro quo salaryatus e-  
rat, residui temporis sala-  
rium non dum solutum, ba-  
redibus illius non debe-  
tur.

5. Quod Bart. sententiam  
Doctor. communiter sequan-  
tur, refertur.

6. Aliorum rationes refe-  
runtur ad communem sen-  
tentiam, secundum quam,  
mortuo aduocato, aut alijs  
impedito, totius litis sala-  
rium debetur.

7. Consultantur rationes spe-  
cialitatis ad lucrandum sa-  
larium mortuo aduocato, ab  
alijs assignata, & numero  
8.

9. Iurisconsulit. fas non e-  
rat à acceptis iuris traditio-  
nibus deniare, sed cum id ex-  
quitas exigebat, principem  
litigatores adibant.

10. Iurisconsultorum respon-  
sa que Imperatorum rescri-  
piis nituntur, ut aequitate  
sua.

suadente contra ordinarias iuris traditiones prolatae ac cipi debent; sed hoc non semper, & num. 11.

11. In his qua sunt communia pluribus, ut singulis, non sufficit secundum ordinarias iuris regulas consensus maioris partis, ad aliorum praeiudicium. Et intelligitur l. maiorem ff. de pact.

12. Operarum locator, totius temporis mercedem lucrat, si per eum non steterit quominus eas praeferet, secundum ordinarias iuris traditiones.

13. Declaratur, si per eum non steterit propriez casum contingenter in persona conductoris, intellectus, qui operas ff. locat.

14. Contingente casu in persona aduocati, per eum non stetisse, dicitur, quominus operas praeferet, ut totius

litis lucretur salarium; & specialitatis ratio assignatur ad intellectum l. 1. q. diuinis ff. de var. & extraord. cognition.

15. Aduocatus morte praeventus ante caput negotiū, & præstituum consilium ad illud, non lucratur salarium, tamen si fidem proferendo patrocinio clientulo astrinxisset.

16. Aduocatus anno stipendio conductus, ante finitum annum moriens residui temporis stipendium non lucratur, & contra communem. Et intelligitur l. post duos C. de aduocat. diuersor. iudicior.

17. Magistratus, doctores ad legendum conducti, & alij similes, anni quo moriuntur salario non acquirunt, nisi pro rata temporis quo munus præliterūt. Contra communem.

CAPIT. VII.

An mortuo aduocato, aut aliâs in persona sua impedito, totius litis salarium debeatur, aut anni totius quando promis-  
titur annum.

**M**Aior verò dubita-  
tio est, an proban-  
dū idem sit, quod  
in casu proximè præceden-  
te, fortuito casu contingente  
in ipsius aduocati perso-  
na, ex quo cæptæ aduoca-  
tionis operam perficere nō  
valeat. Et quide glossa mag-  
na in l. si vno §. item cum  
quidam ff. locat. Azon. secu-  
ta prope finem, versicu. vel  
dic quod est verius, loquēs  
generaliter in locatione o-  
peratum, vel rei, & opera-  
rum simul, tradit, quod, &  
in persona locatoris ipsius  
fortuito casu contingente  
vnde locatas operas præsta-  
re non valeat, integrum ni-  
hilominus mercedem con-  
sequi possit; & hac senten-  
cia stante facilis est respon-  
sio pro aduocato impedito.  
**C**æte:ùm, contra glossam

in casu illo tenet Bart. per  
tex. ibi. in d. §. itē cum qui-  
dam col. 3. nume 4 & in l. 1.  
§. diuus num. 2. ff. de var. &  
extraord. cognit. & gloss. o-  
pinio communiter repro-  
batur in casu isto, de quo  
scripsimus in l. ex hoc iure  
verb. locationes. num. 68. ff.  
de iustit. & iure.

2 Atque ita ex gloss. sen-  
tentia, quia cōmuniter est  
reprobata, pro aduocato in  
persona sua fortuito impe-  
dito respōderi non potest.  
**T**enēdum tamen est, quod  
illo mortuo, aut aliâs impe-  
dito, solutum antea ei sala-  
rium pro tota litte, aut toto  
anno, ab eo, aut ab hæredi-  
bus illius condici nequit,  
& de hoc non est dubium  
vt dixit Alberic. in l. vnic.  
numer. 4. C. de suffrag. per  
tex. in dl. 1. §. diuus, vbi est

expressus casus, sed & non  
dum solutū peti posse, sen-  
tit Alberic. d. num. 4. argu-  
ment. tex. in l. post duos C.  
de aduocat, diuersor, iudi-  
cior. in fin vbi hoc tenet  
gloss sequitur Alberic. ibi,  
vbi glossas alijs concordā-  
tes allegat, idem tenet Spe-  
cul. titul. de salarijs §. sequi-  
tur de aduocatorum sala-  
rio, versicul. Quid si aduo-  
catus num. 9 Bart. d. §. item  
cum quidam nu. 5. versicu-  
vt tamen, vbi tamen cōtra  
gloss. hoc speciali aduoca-  
torum priuilegio non attri-  
buit, sed alia ratione defen-  
dit, tradens, salarium debi-  
tum ex dispositione legali,  
vel ex dispositione contra-  
hentium, quæ succedit in  
locum dispositionis legalis  
vt est, inquit, salariū quod  
debetur aduocatis, vel pote-  
statibus, & istis qui assumū-  
tur ad ista officia publica,  
exigi posse & retineri & si  
casus contingat in persona  
illorum quibus debetur;  
qua ratione idipsum nemini  
ne citato probat Gail lib. 1.  
obseruat. 44. num 12. secun-  
dūm Bart. hac ratione pro-

cedit decisio d. §. diuus, vbi  
Bait. idipsum tradit num. 1.  
rationem assignans; quia  
tunc tanquam in beneficio  
legis plenior fit interpreta-  
tio, sed latius deinde magi-  
straliter materiam istā tra-  
et in d. §. diuus colu. 3. yb,  
tradit, salarium aduocatoi  
assessori, & doctori ad legen-  
dum conducto, non præsta-  
ri propter laborem tantū,  
nec tantum propter probi-  
tatem scientiæ, vel intelle-  
ctus, sed propter utrumque  
simul, & idcirco resoluit d.  
col. 3. num. 3. quod talibus,  
ac similibus personis inte-  
grum debetur salarium, si  
ue esset vnu pro certa cau-  
sa determinatum, vt d. l. x.  
§. diuus, sive annum: nam  
totius anni, in quo mori-  
tur, salarium lucrabitur, vt  
in l. post duos versicul. his  
quoque C. de aduocat. di-  
uersor, iudicior. quod in as-  
sessor le quens probat Ia-  
cob. de Nigris in repetitio-  
ne l. diem functo num. 22.  
in princip. ff. de offic. asse-  
sor. & est communis secun-  
dum Carol tract. de locat.  
2. part, tit. de offic. assessor  
num. 3.

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

num. 3. & in aduocato insit  
mitare impedito, quod &  
nondum solutum salaryum  
exigere possit, tenet Gutier  
res practicar. lib. 1. quæst. 32  
in fin. idemque in magistra  
tibus loquens tradit. Mas  
trill. alijs citatis, tractat. de  
magistrat. lib. 1. c. 21. nu. 99.  
1. part. & in aduocato, quod  
salary anni quo moritur,  
ad heredes transmittat. Bar  
bos. ad leg. Reg. lib. 1. tit. 91.  
num. final. vbi alios refert.  
Idque tam in publico sala  
rio aduocati, quam in pri  
uato, ut commune ex Ias.  
& Curt. in l. diem defunsto  
num. 5. s. t. de offic. affector.  
tradit. Eman. Soar. in the  
saur. receperat. sentent. verb.  
Aduocatus nu. 102. & verb.  
Morui aduocatinum. 237.  
vbi num. sequentib. ex com  
muni sententia idem tradit  
in prætoribus, doctoribus  
ad profitendam conductis  
& medicis intra annū præ  
mortuis. Et pro ratione ad  
dit. Bart. quia, cum prædic  
tum salaryum partim bene  
ficij loco sit, partim prop  
ter laborem debatur, ple  
nior in eo sit interpretatio.

3. Diuersum tradit in ijs.  
quæ propter dignitatē prin  
cipaliter præstanter nō ha  
bita ratione labotis, ut in  
præfectis. & domesticis prin  
cipis, in quibus tradit, quod  
tanquam in beneficijs prin  
cipum plenissima sic inter  
pretatio l. fin. ff. de constit.  
princip & ideo huiusmodi  
personæ, & magistratus ma  
gni, totius temporis salary  
luerantur, non solum illius  
anni, quo moriuntur, quan  
do talibus muneribus obeū  
dis certum annorum tem  
pus præfinitur, ut in legi  
bus per eum citatis d. col. 3  
nu. 9. vbi etiam casum ad  
dit, in quo heredi vnius an  
ni salaryum præstatut vltre  
salary anni quo moritur  
officialis defunctus, qui est  
casus l. final. C. de domest.  
& protestor. lib. 12. vbi glo  
sa hoc esse mitum dixit. e  
ius meminit Gregor. Tho  
losan Syntagmat. ior. li. 27.  
c. 2. num. 9. in fin. quā Batt.  
sententiam sequuntur cō  
muniter Doctor. Cabed. no  
ster decis. 8 ex num. 12. cam  
sequentib. tom. 1. vbi latè a  
git de salaryis potestatum,

qui

qui moriūtur ante tempus officij finitum, & tenuis tem-  
poris salario illis deberi,  
probat, non tamen ex ra-  
tione Batt. sed quia per eos  
non stererit, quominus lo-  
catae operas præstirissent,  
sic enim regulam proponit  
d. nu. 12. ex qua in sequenti-  
bus ad salaria dicta infere,  
in quibus idem tradit Lu-  
sitanus Cardos. qui alios re-  
fert, in praxi verb. salarium  
nu. 5. & pluribus citatis Ma-  
strilli, nu. 48. cum duob. se-  
quentib. subdit tamē, quod  
hoc nō seruatur in Regno  
Siciliæ, nec in pluribus lo-  
cis, & Batt. sententiam acci-  
pit in supremo magistratu-  
num. 49.

4. Alij vero in contra-  
ria sunt sententia, quos re-  
fert Cabed. d. decif. 8. nu. 9.  
in fin. ut nempe, potestate  
vita functo, residui tempo-  
ris salarium non debeatur  
hereditibus illius. Quorum  
sententiam satis probabili-  
ter posse defendi, scripsit  
Fulgosi in l. diem sancto n.

6. ff. de officio assessor. &  
speciale esse, aiunt, in fis-  
ci patrone, ut anni, quo

moritur integrum debea-  
tur salarium, d. l. post duos,  
vers. sic. hls quoque C. de ad-  
uocat. ducifor. iudicior. ad  
duntque, in d. g. diuus, solu-  
ti salarii, repetitio nem deno-  
gari, quod satilus erat, quā  
ad nondum solutum peten-  
dum actionem concedete,  
quasi hæc non daretur, nec  
extra illo competet pro  
residui temporis salario, mor-  
tuo aduocato.

5. Cæterum Batt. senten-  
tiam in d. g. diuus, quam &  
tenuit in potestate vita fun-  
cto in d. l. diem sancto nu. 1.  
& 7. licet dixerit; quod lex  
illa nihil faciat ad quæstio-  
nem illam, quia loquitur,  
quando moritur is, qui sala-  
rium dare debet, præfa-  
tam, inquam, Batt. senten-  
tiam, quam etiam tenuit  
glossa magna in d. g. diuus  
& in d. l. diem functo verb.  
præstitum, sequuntur com-  
muniter Doctores utrobi-  
que, & in d. g. item eum qui  
dam, ut restatur Ioan. Bapt.  
eam securus d. l. diem fun-  
cto, quæst. 10. nu. 22. latè Bo-  
lognet ibi, qui nu. 46. in fi-  
ne dicit, omnes Doctores

Director.aduocat. & de preuileg.eor.

attestari hanc communem  
communem etiam dicit Ia-  
son ibi nu. 36. vbi & in nu-  
meris sequentib. utriusque  
sententiae Authores, & fun-  
damenta refert. & post lon-  
gam disputationem cum  
communi residet, quod i-  
tem fecit Cagnoli. ibi no. 71  
infine, latè etiam quæstio-  
ne m pro utraque parte dis-  
putat Iacob de Nigris ibidē  
ex nu. 24. cum sequent vbi  
nu. 29. in fin. asserit, opinio-  
nem contra communē fa-  
cile posse defendi cum alle-  
gata pro communi parum  
faciant communem etiam  
tradit, ampliat, & limitat  
Cardin. Tusch pract. 10. 7.  
conclus. 8. sub liter. S & eam  
tenet Ioann. Gutierr. pract.  
quæst lib. 1. quæst. 32. in fin.  
Azeued in l. 20. nu. 4. titul.  
16. lib. 2.

6. In aduocato vero Bart.  
& communem sententiam  
secure sequitur Iacob. de  
Nigris d.l. diem functo nu.  
56. per tex. in d. 5. diuus, ra-  
tionem specialitatis assig-  
nans, in probitate scientia;  
& dignitate; aliam ponit  
Ioan. Baptista de Sanct. Se-

uerin quæst. 8. post vesicul.  
Caterum, ex Aul. Gellio li.  
10. noct. attic. c. 1. nempe, in  
fide data, quam clientulo  
seruare tenetur aduocatus,  
& maximam vim habet, ad  
eò, ut clientem in fide acce-  
ptum chariotem habete de  
beat, & contra eç gnatos tue-  
ri; neque peius ullum faci-  
nus æstimatum est, quam si  
cui probaretur, clientem  
derisi habuisse, secundum  
Gellium, cuius si dei causa,  
& intuitu, tradidit Baptista.  
de sanct. Seuerin. d. quæst.  
8. aduocatum lucrari sala-  
rium, & ad hæredes trans-  
mittere, & si moriatur ante-  
quam aduocate incipiat, se-  
cundum glossæ sententiam  
in d. 9. diuus, licet in alijs cō-  
trarium probet, in quibus  
hæc specialitatis ratio ces-  
sat, circa quod Bart. sibi cō-  
trarium notat, quod raro,  
inquit, contingit in tanto  
Doctore.

7. Ego quidem, hanc ra-  
tionem specialitatis, ut ad-  
uocatus integrum salarium  
lucratur, mortuus ante fini-  
tum in causa patrocinium,  
vel etiam ante illud incep-  
tum

tum, nō puto sufficientem. Primo, quia clientulus salarym præbens, non tā propter promissam suscep̄tam que ab aduocato fidem de patrocinio ferēdo præbet, quam & principaliter propter patrocinium ipsum in causa, & in aſtu ferendum. Deinde, quia etiam in negotijs, & contractibus fides inuicem præstatur, quæ etiam maximam vim habet ut probatur in l. i. ff. de pact. & in l. ff. de constit. pecun. & constat ex Gellio d. c. i. versicul. hanc autem fidem, ubi inquit, *Hanc autem fidem maiores nostri non solum in officiorum vicibus, sed in negotiis rum quoque contractibus sanxerunt, maximeq; in pecunia mutuaticē usū, aīquē commercio.* Et tamen hoc præstitæ in cōtrāctu fidei vinculum non præstat actionem ad mercedem, nec eius retentionem mortuo operarum locatore, vel alias impedito d. l. si vno ſitem cum quidam ff. locat. cum communis sententia, de qua suprà; ſic ergo, nec hæredibus ad uocati mortui suscep̄ta ab

illo fides præstare poterit actionem, aut retentionem salary. Præterea, magistratus publici fidei tenentur, & arduissimo quidem eius vinculo principi, & reipublicæ in quaon eliguntur pro administratione, & defensione illius, iuxta munera sibi iniuncta normam; & tamen si motiantur ante munus inchoatum salary non lucrantur, secundum Bart. sententiam d. l. diem functo, Bal. & aliorum, quos referr. & sequitur Cabed. d. decis. 8. nu 29. tom. I Ioan. Bapt. d. l. diem functo quæst. 8. ex quo specialitatis ratio, quā ibi assignat pro aduocato in casu prædicto, sufficiens non videtur.

8. Nec etiam satisficit ea, quam tradit Bart. d. §. dī uus nu. 7. nempe, quia prædictum salarym partim in remunerationem beneficij datur, partim propter laborem. idcirco plenior circa illud sit interpretatio; verius enim est, clientem non præbere salarym beneficij causa, sed potius aut saltē principaliter, & in plurimū

# Director aduocat. & de prenileg. eor.

propter operas, & laborem  
in defendenda causa. Vnde  
multo minus placere po-  
tuit Fulgos, ratio d.l. si vno  
q. item cum quidam, asse-  
rentis, in salario aduocato  
præstito non dari correla-  
tiuum respectum ad operas  
illius, ut contingit in alijs,  
qui operas suas locant, quia  
merces operis correlative  
respondebat, & ideo cessante  
vno correlative orum cessa-  
re debet alterum, nempe,  
mercedis præstatio, ut in d.  
q. item cum quidam, quod  
in salario aduocati secus  
est, quia gratuitum est nego-  
tium, & quod tribuitur, non  
onoris gratia tribuitur, &  
hinc dixit esse rationem mo-  
tuam illorum iuricū. Quæ  
tamē (ut reor) minus quam  
præcedentes mouet, quod  
enim aduocato salarii loco  
tribuitur non gratuito, sed  
impensi laboris causa, & cor-  
relative ad illum tribuitur.  
Denique, scientia probi-  
tas, quam Bart considerat  
d.y. diuus p. 5. versicul. pro-  
limum, in qua, & in digni-  
tate simpl. specialitatis, ra-  
tionem constituit Nig. d.l.

dieni de functo nu 56. non  
est finalis causa pra standi  
salarii, quamvis aliquando  
impulsua sit ad liberalio-  
rem illius præstationem;  
quod etiam in artificibus vi-  
demus in quibus artis inge-  
niom, scientia, & institutio  
attenditur l. inter artifices  
ff. de solution. & qui per-  
tior est, liberalius conduce-  
tur. Quid si dicatur, scien-  
tia probitatem in præsenii  
articulo nō intelligi, prout  
in ea unus alij excellit, sed  
prout ipsa in se excellens  
scientia est, & eo inter alios  
honore digna, ut salarium  
promereat, quamvis mortis  
causa, aut alio legitimo im-  
pedimento non exerceatur  
(quo casu probitatem scien-  
tia, ac dignitatem accipere  
videntur, qui hac vtuntur  
ratione) respondeo, ut su-  
prā, quod clientulus non  
propter aduocati scientiā,  
eiusque excellentiam, & di-  
gnitatem in se, & in abstra-  
cto sumptam, sed propter  
eius actum, & exercitium  
in sua clientuli ipsius causa  
salarium præbet, nec enim  
ille proprii aduocati scienciam

tiam in aduocato abunde  
congestam, s. d propter ad-  
uocati scientia in causa sua  
bene digestam salarium præ-  
bet; atque ita apparet, quod  
ex probitate scientiae, & dig-  
nitate non digna specialita-  
te proposita elicitur ratio.  
9. Et certe difficultis est ar-  
ticulus, adeo, ut si specialia a  
re istam non legerimus scri-  
ptam in d. s. diuis, fortassis  
nec in aduocato à nostris  
illa traduceretur, nec in alijs,  
ut in magistratibus, & doc-  
toribus ad legendum cōdu-  
ctis, in quibus glossa, Bart,  
& alij sribentes argumēto  
illius text idem cōmuniter  
tradididerunt, in quam con-  
siderationem ipsum tex no-  
to, dum Vlpianus decisionē  
de quaib; seueri Imperato-  
ris decreto attribuit, quasi  
contrariū ipse quoq; Iuris-  
cons. secundum ius ordina-  
tum respondere debuisse.  
Enimvero Iurisconsultis nō  
licebat à receptis iuris ciui-  
lis traditionibus recedere l.  
prospexit ff. qui, & à quibus  
ff. responsa prudentiū ibi,  
Quibus permīssum erat de iu-  
re respondere, secundū vñā

lecturā instit, de iure natu-  
rali Ec quoties easus euēnie-  
bat, in quo ab eis recedēdū  
fore, æquitas dictabat, P̄tin-  
cipem litigatores adibant,  
cui soli licet at, ius sci. i p̄tū  
æquitate distante tempera-  
re, iuxta tex. expressum in  
l. i. C de legib. quod ex Ci-  
cer. & alijs eleganter docet  
Conan.lib. i. cōment c. 12.  
Cuiat. in l. Gallus in prin-  
cip. ff de liber. & posth.  
10. Quæ obseruatio plu-  
rimum conducit ad pluri-  
matum legum facilim in-  
tellectum, & interpretatio-  
nem, cum alijs difficultes re-  
putentur, propriea quod  
contra receptas iuris tradi-  
tiones illarum decisiones  
emanent: que tamen p̄in-  
cipium rescriptis, ac decisi-  
onis, quorum in illis mentio  
nit, processerunt. Aduen-  
dum tamen est, & hoc cau-  
ité accipendum; quia non  
semper ubi legimus, iuris  
consultorum responsa Im-  
peratorum rescriptis nisi,  
ea quasi contra receptas iu-  
ris traditiones ex æquitate  
prolata accipere debemus:  
nam & secundum ius ordi-

# Director. aduocat. & de priuileg. eor.

natum rescribabant Imperatores à litigatoriis aditi, ut in casu d.l. si uno §. ite cum quidam ff. locat. vbi hoc innuunt verba illa, non immerito, quibus usus fertur Imperator, in rescripto, de quo ibi.

ii. Aliquando vero, & quietatis causa, & intuitu, à iure secedebant, ut in casu l. maiorem ff. de pact. iuncto §. precedente, vbi maior pars creditorum minori nocet contra iuris regulas, secundum quas, in his, quæ sunt communia pluribus, ut singulis, requiritur consensus omnium, & non sufficit majoris partis illorum consensus, ut per iura, quæ allegat, & alia tradit Gom. 2. tom. c 3. nu 14. in princip. Illud tamen in casu d.l. maiorem iuncto §. precedente, Marci imperatoris rescripto, de quo ibi mentio sit, induxit & quietate dictante, libera rationis fauore. Sic etiam speciale ius legi nus constitutionibus principum permisum in casu l. admonedit de iure iuran. l. cū mater ff. de inofficio, testam. cum

multis alijs, quibus decis. d. §. diuus annumerari potest.  
12. Restat tamen adhuc, rationem querere, qua potuit moueti ibi Imperator, cum supradictas non probauerimus, & quidem super vacancum videtur, aliani querere, & assighare, quam quæ ab Imperatore ipso, seu Vlpiano expresse assig nata, & tradita est, inquit enim, *Quia per ipsum non steterat, quominus causam ageret.* Pro cuius rationis explicacione, quia difficultis illa est, & etiam decisione ipsa, cui annexitur, difficultior, ut potest, quæ omnes alios & que comprehendat, qui operas suas locauerunt, & ante eas praestitas mortem obierunt, dicendum est, eos, qui operas suas locauerunt, secundum receptas iuris tradiciones, totius temporis mercede accipere debere, si per eos non steterit, quominus eas præstarēt, l. qui operas ff. locat. vbi idem & q. in aduocatis dicitur, si per eos non stetit, quominus causam agant.

13. Ex quo text. quatenus in

In eo aduocati alijs & qui parantur, augetur difficultas d. g. diuus, nisi dicamus; Paulum in d. l. qui operas, loquutum fuisse secundū ius ordinarium, quo attento, nulla inter aduocatos, & eos qui operas suas locant, differentia erat quoad præ sens institutum, ut obseruamus, vel etiam loquutum fuisse, quando per operariū conductores, vel per casum in illis contingentem stetissem, quominus operæ præstarentur, & sic quando per clientulum; quo etiam casu nulla inter aduocatum, & alios differentia est: omnes enim & que secundum juris regulas totius temporis mercedem, & integra salaria lucrantur, secundum gloss. & communem in d. l. si uno g. item cum quidam, & in casu isto, non vero in contrario accepienda est & qui paratio, de qua in d. l. qui operas. Quod vero Paulus ibi in hac specie loquutus fuisset, & non quando casus contingisset in persona locatoris operarum, patet, quia, cum in persona locatoris

operarum casus contingit, totius temporis mercedem habere non debet, immo acceptam pro rata reddit, secundum tex. & communem per eum sententiam d. l. si uno g. item cum quidam. Ex quo apparet, id, quod dixit Paul. d. l. qui operas, si per eum non steterit, quominus operas præstaret, tam culpam, quam casum in persona locatoris excludere; hoc namque, aut illo eveniente, per eum stetisse dicetur, quo minus operas præstaret, pro indeq. totius temporis mercedem habere non debet, cuius contrariū in hac postrema specie circa aduocati personam specialiter à severo Imper. decreatum fuit, ut, nempe, & si casus in persona illius contingisset, per eum non stetisse, dicatur, quominus causam ageret.

14. Potuit vero in id moveri Imper propterea quod aduocatus in ipso litis ingressu, aut etiam ante ingressum operari aliquando, & laborem impedit roti deinde liti profuturum,

dum

dum causæ merita examinat secundum narrationē propositi sibi facti, secundū quod, quid in illo iutis sit, attendit, clientuloque coniulicet, ipsumque instituit aduersus præmeditatas aduersarū partis in litis progressu calumnias, & tecchaas. Cum ergo in ipso litis exordio operam nauet labore, & cō filio suo, totius deinde litis progressum, & eventū concernentem, æquum imperatori visum fuit, ut quando morte, vel casu alio impeditus litem finire nō posset, quasi id per eum nō fecisset, totius litis haberet salarium, qui toti liti profutatum laborem, aut etiam totius litis potissimum iam impenderat. Qua ratione, muneric etiā dignitatem sua dente motū fuisse reor Imperatorem, ut sic decernes ret in proposito sibi casu d. g. diuus. Et quod ad muneris dignitatem attinet, no-tandum est, ad auocatorum salario, honoraria nuncupari, vt in d. l. i. g. proinde, cū alijs, quasi scilicet, non tam mercede nominis, quod ad

locationem operarum pertinet, quam honoris gratia detur, & suscipiat, vt nota uit Greg. Tholosan Syntagmat. iur. lib. 49. c. 8. nu. 1. & 2 15. Ex quo intellectu, & decidendi ratione ad text. in d. g. diuus, primo infero, aduocatum morte piaxerum ante cæptum negotiū, & ante præditum cōsilium ad illud, salarium non lucrari, nec ad hæredes transmittere, tametsi proferendo patrocinio fidem iam clientulo astinxisset, contra Caccialup. d. l. diem fundo, quæst. 8. post versic. cæterum. Glossæque, ac Bart. sententia, eam sequentis in d. g. diuus, nu. 12. dum tenet, quod, et si aduocatus sit mortuus antequam aliquid fecerit, lucratur salarium, intelligenda est, dummodo, ethi in ipsa lite, eiusque actis morte præuentus nihil fecisset, ad ipsam tamen aliquid fecisset, videlicet, quia causæ merita secundum fa-cti narrationem examinasset, & de eis, ac alijs in bonum litis cumentum clientulum instruxisset.

16. Secundò infero contra Bart d. s. diuus n. 7 post glossam ibi, & communem sententiam, quam testatur, & sequitur Cagnol in repetitione d. l. diem functo n. penul ff. de offic. assessor il lius decisionem non procedere in aduocato annuo stipendio in tempus conducto, si enim ante cōpletum annum moriatur, residui temporis stipendum non acquirat, quia decisio text. in d. s. diuus, quæ est de aduocato ad certam causam cōducto, eiusque ratio huic casui non adaptatur: vnde ad eum extendenda nō est, cum specialis decisio sit. Neq; obstat l. post duos, versicul. his quoque C. de aduocata diversi iudicior. quia in fisci patrono specialiter loquitur, qui alijs specialibus alijs potitur priuilegijs & prærogatiis l. binos l. petitionem, versicul. egredientem d. l. post duos; C. de aduocata diversi iudicior. Quod igitur, illius fauore specialiter traditum exstat in d. versicul. his quoq; pro totius anni, in quo moritur, sala

rio ad alios nō debet trahi l. 1. versicul. planè ff. dō const. princip. l. quod vero cōtra l. ius singulare ff. de leg. 17. Tertio inferrut contra glossam, Bart. & communem sententiam, mortuo intra annum magistratu, assessore, doctore ad legendū conducto, & alijs huiusmodi, totius anni salario non debet, vt tenuit antiquus Doctor Petrandus de Mōte Fauento, quem Barto. refert in d. l. diem functo, Ias & repctētes ibi, & de eo memorant, quod scientia, & authoritate præclarus vir fuit, cardinalemque creatum, & in cardinalium cætu magnæ authoritatis, ex Alberic. vt oculato teste refertur, is, igitur refertur d. l. diem functo, in Monte Pessulano, & ibi tenuisse, prædictis magistratibus, & doctoribus ad legendum conductis pro rata tam temporis salario debiri: cuius sententiam multi alijs secuti sunt, vt testatur Cagnol. d. l. diem functo, n. 63 in initio, ubi Fulgos n. 6. cā satis probabilitate posse

# Director. aducat. & de preuileg. eor.

defendi assetuit, communē de facto non seruari testatus: quam etiam apud nos non seruati, nisi aliquando ex speciali Regis concessione testatur Cabed.d. decis. 8.nu.22. & sequenti tom. I. vbi tamen & in præcedentibus, communem sententiam de iure veriore esse censet. Verum contraria, quam usus approbat, probatissimis quoque iuris nituntur fundamentis, quæ refertur Fulgos. & alijs in d.l. dicto functo, nec illa quidem parum iuuatur ex prædicto intellectu, & ratione add. §. diuus. Communem autem, quam securè sequitur Gail. lib. I. obseruat. 44. nu. final. limitat. ibi ex alijs, quos refert, ut non procedat, si sub conditione expressa contra etum sit, ut puta, operæ præstentur, qui atunc existentis conditionis requiritur.

## C A P. VII.

### S V M M A R I A.

1. **A** Duocato, aut procuratori non licet pacisci cum

- clientulo de quora litis pro salario: & talis pactio non valeat. & aduocato eam ob causam munus interdicitur.
2. An valeat conuentio de re aliqua, aut certa pecunia quantitate salarij nomine aduocato præstanta, diuersa referuntur opiniones.
  3. Probatur non valere pacatum de re certa, aut certa pecunia quantitate aduocato præstanta in euentum victoriae.
  4. Intelligitur Ord. Regia l. I. titul. 48. §. II. iuxta eandem sententiam.
  5. Pro eadem expeditur mēs Bart. & sententia eius in l. sumptus, in fin ff de pact.
  6. Promissio aduocato facta de re aliqua, aut certa pecunia quantitate, si causam viscerit, nunquam valeat: facta vero nomine salarij simpli citer, aut in virutius euenter, valida est.
  7. Pactum initum inter aduocatum, & clientulum litem pendente sub patrocinio illius non valeat: nec inter medicum, & agrotum.

C A P V T . V I I I .

De conuentione inter aduocatum, &  
clientulum pro salario.

i. **F** Requēs in hac ma-  
teria inter Docto-  
res disputatio est de  
conuentione inita circa li-  
tis salarium inter aduoca-  
tum, & clientulum. Et in pri-  
mis inter omnes constat,  
aduocatum, siue procurato-  
rem non posse pro salario  
cum cliente de quota litis  
pacisci, & si de facto paciscā-  
tur, nullam inde actionem  
oriri, ut tradunt citati à Ce-  
nel, in collectan ad decretū  
collectan. 28. nu. 12 Motl. in  
empor. iur. tit. 3. in p̄miss.  
nu. 60. part. 1. Cabed. decis.  
19. nu. 1. in princip. 1. part. &  
probat l. 1. §. si cui cautum,  
& ibi gloss. verb. suspensa li-  
te. ff. de var. & extraord. cog-  
nit. & in l. sumptis verb da-  
tum ff. de past. Et aduocato  
qui de quota paciscitur, cū  
alijs citatis à Gail. lib. 1. ob.  
uat. 44. num. 1 plures refert  
Barbos. in remission. ad Or-

din Reg. lib. i. titul. 48. §. 11.  
manus interdicitur l. si qui  
aduocatorum C. de postu-  
land l. si remunerand⁹ §. fi-  
nal ff mandat. c. & infames  
§. arcentur. 3. quæſ 7. tradit  
specul. lib. i. tit de salarijs §.  
sequitur de aduocatorum  
salario nu 1. versic. Illud au-  
tē Motl. cum relatisab eo  
loco citato nu. 61. Peregrin.  
commune dicens de iure  
fisci lib. 4. tit. 7. nu 16.

2. An verō de re certa,  
aut quantitate certa valeat  
conuentio lite pendente fa-  
cta inter aduocatum, & cliē-  
tem, quaerunt Doctores. In  
qua quaestione alij distin-  
guunt inter rem, aut quan-  
titatem de qua controuer-  
sia litis est, & rem, seu quan-  
titatem in lite non contro-  
uersam, ut priori casu con-  
uentio non valeat, in poste-  
riori verō sic; & ita tenent  
Bait. in d. l. sumptus, & ibi

# Director, aduocat, & de preuileg. eor.

Angel. in fin. sequū ut alijs  
relatis Moil. communem  
referens d. titul. 3. circa p̄  
missa nu. 61. Cabed. d. decis.  
19. nu. 1. ad fin. & nu. 6. Alij  
verō simpliciter distinguūt  
inter p̄sum de re particu  
lari, aut quantitate aliqua  
aduocato promissa in even  
tum victoriæ, ut hoc nō va  
leat, quod omnino fugien  
dum, ait Decian. in Apolo  
ge, pro iuris prudentib. c. 22  
titul. de officio consulentis  
nu. 159. hoc enim, inquit, ve  
re est licitare bonam, vel  
malam fortunam, cum non  
minus sit incertus euentus  
litis, & pactum de re aliqua  
aut pecunia danda in verū  
uis euentum pro patrocinij  
salatio, ut istud valeat, & ita  
contrarias Doctorum sen  
tentias concordat Syluest.  
in summa verb. aduocatus  
n. 12 & ex Sot. lib. 5. de iust.  
& iur. quæst. 8 art. 4 post me  
diom tradit Nauarr. in Ma  
nuali latin. c. 25. n. 30. in fin.  
Azeued. l. 8. tit. 16. nu. 4. ver  
sic. Ideo, lib. 2. nouæ recopi  
lat. & ex magis communi  
Doctorum sententiæ Cened.  
d. collectan. 28. n. 12. in fin.

3. Mihi quidem distinctio  
illa inter promissionem de  
re aliqua, aut pecunia quā  
titate super qua liis vertitur,  
aduocato p̄stanta, & pro  
missionem de re alia, aut  
pecunia in genere, placere  
non potuit, qui tam in hoc  
quām in illo casu, verius pu  
to, non valere promissionē  
in euentum victoriæ colla  
tam iuxta posteriorem sen  
tentiam, et si nomine stre  
narum seu palmarijs facta  
proponatur, ut cum Oros.  
& Sot. ab eo citatis probat  
Azeued. d. l. 8. nu. 3 & de iu  
re Regio Castellæ per l. 29.  
tit. 16. lib. 2. recopilat tradit  
Paz in praxi annotat §. ti  
tul de aduocato nu. 94. quā  
u s specul. d. tit. de salarijs §.  
sequitur n. 2. valere promis  
sionem aduocato factā, no  
mine palmarij, seu victoriæ,  
securè probet, adeo, ut si plu  
ra sint causæ capitula, & in  
aliquibus vincat, in alijs suc  
cūbat, totum, quod palma  
rij nomine promissum fuit  
lucretur, ut ibidē per eum  
n. 15 vbi quatuor in hoc ad  
ductis sententijs, hāc ut ve  
riorem sequitur, Cyn. ver. ò  
Bald.

Bald. & alij in l. vnic. C. de suffrag. tenent pro rata eius quod vicevit, eum consequi debere, & ita est communis sententia secundum Salyc. ibi n. 8. Euerard. in hoc legib. loco à toto ad partem pag. 45. versic. Quinto facit & valere pactum, seu stipulationem ratione palmatij, id est, viatoriae, pro certo, tradidit Gail. l. 1. obseru. 44. n. 2.

Et circa transactionem à clientulo factam similis est quæstio de palmatio in viatoriae cumentū promisso, de qua Salyc. n. 9. & alij in d. l. vnic. vbi gloss. fin. quæstionē istam sabbatinam dicit, & in illa putat palmatij nomine promissū deberi, per l final ff mandat. quia per aduocatū non steterit, quominus vicevit, quod probat Tholosan. Syntagma iur. lib 49. c. 8. n. 9. Sed d. l. fin. non loquitur in aduocato, & longe diuersum casum ponit, circa quem magis probo, eiusmodi promissiones non valere, ratio enim, qua cautum est, ut non valeat pactū de quota litis nec de re, aut pecunia dāda super qua lis est, & què suadet, nō debere

valere de re alia certa, aut pecunia in genere promissa, si victoria litis sequatur, ratio enim, est malignandi circa item occasionem ex talibus orta conventionibus, quia, scilicet per fas & nefas aduocatus vincere contendet spe consequendi lucrū in cumentū victoriæ premisum; ut dixit Fulgos. in l. fi remunerandi §. final. in fin. ff. mandat. & in l. salarium proxime sequenti, in princ. vbi simpliciter probat, non valere pactum de aliqua pecuniae quantitate, in cumentū viatoriae aduocato praestanda, licet fateatur, contrariū cōmuniter teneri, quod dicit, esse contra mentē iuris addēs pro ratione, quia affectio pecuniae certæ quantitatis facit etiā errare homines bonae conscientiae, & facilis putabunt iustū, quod nō est iuxta illud, cuius minimum, credula res amor est. Quæ ratio negati non potest, quod tam in uno, quā in altero membro distinctionis prædictæ & que militat, & præterea, lex videtur magis imposita verbis, quam rebus, illique facile

Director. aduocat. & de priuileg. eor.

fraus fieret, si pactum in illo casu reprobatum, valeret in isto. Concludo, itaque, non valere pactum, de re certa, seu certa pecuniæ quātitato aduocato præstanda, si obtineat in causa, siue promissio fiat de re, aut pecunia, de qua lis est, siue de alia.

4. Et hæc quidem sententia à lege nostra Regia nō deuiat, quæ illi petius consentanea est, ord. namque lib. i. tit. 48. §. 11. indistincte prohibet sub pæna de qua ibi, pactum inter procuratorem (quo nomine aduocatum intelligit) & clientem de re certa illi præstāda in euentum victoriz; appellatio ne aut rei, & pecunia cōtinetur l. i. in fin. & ibi gloss. si certa petat. nec lex distinguit inter rem super qualis vertitur, & quæ litigiosa nō est, idcirco generaliter, & prout loquitur, indistincte est accipienda, quasi legislatoribus nostris placuerit magis opinio ista, quam tue mur.

5. Et forsitan opinio hæc aliena non est à mēte Bart.

in d. l. sumptus, in fin. ff d. pact. ibi enim verè distinguit inter pactum de re, aut quantitate in litem deducta, & de re, aut quantitate simpliciter promissa, & ait, non valere pactum in priori casu, sicut non valet de quota litis, quia eadem est utrobiqui ratio, dum sperat aduocatus, partem se habere cius, quod in lite patrocinio suo vicerit, quæ ratio à Bartol. assignata ad casum, quo probat non valere pactum, innuit mentem eius esse, vt nec valeat quando aliquod ex victoriz euentu emolumētum sperat aduocatus, tametsi non ex re, aut pecunia in litem deducta, sed aliunde soluendum sit, iuxta pacti conuentionem; siquidem in hoc casu eads illa militat ratio, quā Bart. scripsit. Quo sensu Bart. sententia, & illorum qui eam sequuntur accepta, conuenit cum sententia eorum, qui distinguunt inter conuentionē salarij nomine factam in victoriz euentum, & factam simpliciter, seu in utrumquis euentum. Atque ita,

ita, utraque sententia reduci tur ad concordiam, ab ea tamen Angel. à parte dissen tiente in d.l. sumptis, in fine vbi distinguit inter paclum de certa pecuniae in litem deductæ quantitate aduoca to præstanda, & de re aut pecunia super quasilis non est, ut primum non valeat, secundum valeat, & in utro que proponit factam pro missionem sub victoria e ventu; quod placere nequa quam potest.

6. Dux, itaque, in propo sita quæstione cōclusiones ex prædictis eliciuntur; pri ma, ut promissio aduocato facta de re certa, aut certa pecuniae quantitate, nun quam valeat, quotiescumq; sit in euentum victoriae, & hoc tam vbi promissio hu iusmodi sit ante litem cæptam, quam & multo magis vbi post eam cæptam, & suo patrocinio ipsius aduocati agitatam, sicut non valet pa clū de quota litis, cui illud per omnia adæquatur. Se cunda, ut valeat promissio de re aliqua, aut pecunia aduocato præstanda, nomi

ne salarij, simpliciter, seu in utrumvis euentum concepta. Et in hac omnes conueniunt. Et pro certo posuit Decian.d. tit de offici.c. con sulantis nu. 157. licet hone stum non putarit pacis i cō sulentem de salario ante fa ctum consilium: nam hoc, inquit, est propriè venale facere sacrosanctam ciuile sapientiam, & illam licitare.

7. Qued tamen limitandum erit, ut procedat, quando nondum pendente lite tale pactum initur; si enim post eam captam, & sub ip sius aduocati patrocinio pē dentem celebretur, non valbit: quamuis enim tunc deficiat ratio de qua supra adest altera quæ nostros im pulit ad improbandum pa ctum inter medicum, & æ grotum, quorum sententiā, receptionem, & veriorem esse, dixit Pihel. in l. 2. 2 par. c. 2 nu. 33 C. de rescind. ven dit eamque ibi comprobat argumento aduocati, inter quem & clientem lite iam sub patrocinio illius mota non valet pactū, ut pro ve ro Pihel. supponit per tex quem

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

quem notabilem vocat, in  
l. quisquis. §. præterea C. de  
postuland. vbi glossa verb.  
contractum, & in l. i. §. si cui  
verb. suspensa lite ff. de var.  
& extraord. cognit. in aduo  
cato, & medico idem a que  
trudit, & in aduocato lo  
quens Azeued. d. l. 8. nu. 4.  
versic. ideo. Atque his expe  
dita manet quæstio de pac  
to inter aduocatum, & clien  
tem salarij nomine inito.

## CAPUT IX.

### S U M M A R I A.

1. **D**E tempore quo salariū  
aduocato soluendum sit,  
Regio, & communi iure at  
tentio.
2. **S**alaria debita ex disposi  
tione legis, in inicio soluen  
da sunt d. num. 2.
3. **S**alaryum aduocatorū, qua  
liter taxandum iudicis arbi  
trio, & de aurei valore apud  
Vlpian. in l. i. §. si cui canū  
versicul. licita autem ff. de  
var. & extraord. cognition.
4. **D**e salaryo aduocatorū fe  
cundum ius nouissimum.
5. **D**e eodem secundum ius  
Regium Lusitanum.
6. **H**umane leges etiam in  
foro animæ subditos obligat  
quando in veritate fundan  
tur: non tamen semper sub  
culpa mortal is reatu. Refer  
tur quorundam sententia,  
secundum quos non licet ad  
uocato in anima iudicio, sa  
larij nomine recipere ultra  
quantitatē a lege taxata  
d. n. 6. versicul. unde.
7. **F**allit in aduocatis episcoporum  
abbatum, secundum Bald. &  
alios, ibid. versicul. Bal. vero  
Aliorum sententia refer  
tur, secundum quos, ad iustā  
salarij receptionem terra  
consuetudo attenditur.  
Peccatum mortale non est, ultra  
legis taxationem recipere, si  
quod ultra recipitur, modi  
cum est. d. num. 7. versicul.  
sciendum.
8. **A**dducuntur fundamēta  
ad probandum Ord. Regiam  
Lusitanam de taxatione sa  
larium aduocatorum, in ani  
ma iudicio locum non habe  
re, & num. sequentib.
9. **L**ex lata a principe, que  
a populo non recipitur, non  
obligat, nec habet vim legis  
& dicitur non recepta, quā  
do a tota communitate, vel

C.9. An ultra summ. à lege t. ix. it. &c. 73  
à maiori parte nō recipiur. de salarijs aduocatorū, lib. 1  
io. Intelligitur Regia ordin. titul. 91.

## C A P V T I X.

*Quo tempore salarym aduocato solui debet. Et an ultra summam à lege taxatam recipi aliquando, & exigi possit conscientia illæsa.*

I.  
**Q**via legem Regiam habemus de taxatione salarym aduocatorum, ac de tempore solutionis eorum, p̄sens quæstio in illam præsertim, ac si alicubi aliæ sint similes, dirigetur: quo timoratis nostris gratum opus fore, spero. Quæstio ergo est an tu te in conscientiæ foro possit aduocatus litis salarym à cliente exigere, & recipere ultra quantitatem declaratam in ord. Regia lib. 1. titul. 91. quæ tam in tempore quo soluendum est salary, quam in taxatione illius à iure cœmuni discrepat, nam quod ad tempus attinet, tri na præstatione salary solu tionem æqualiter distribu-

ram constituit d. titul. 91. ss 17. quarum prima ad lit exordium pertinet; secunda tempore publicatæ att stationis locum sibi vendicat; tertiam in latæ sententiæ tēpus lex nostra differt. In curia verò Romana servatur, ut pars dimidia soluatur in inicio litis, altera in fine, secundum specul lib. 1. in tit. de salarijs §. sequitur de aduocatorum salary n. 14. vbi circa hoc, fori consuetudinem spectandæ fore, assertit; qua non existente, iuxta prædictam Romanæ curiæ consuetudinem soluendum censem.

2. Cæterum, totius causæ salarym in inicio illius vni ca præstatione solui debe re, notavit glossa magna in

# Director. aduocat. & de preuileg. eor.

versic. ex prædictis not. per  
text ibi in l. 1 § Diuus ff. de  
vat & extraord cognit. vbi  
Bart. nu. 16. in fine generali  
ter hoc tradit in salarijs de  
bitis ex dispositione legis, in  
cuius locum succedit aduo  
cati salaryum, & ita de iudi  
cum salaryo, & aliorum qui  
ob scientiam, vel dignitatē  
se exercent, tradit Cagnol.  
in l. diem functo, nu. 123. &  
sequentib ff. de offic. assell.  
vbi nu. 130. magis cōmunē  
dicit, & in aduocato loquēs  
alios citat Lusitanus Car  
doz. in praxi, verb. salariū,  
nu. 4. vbi hinc communio  
rem opinionem esse scrip  
sit & in num. sequenti idem  
tradit in rectoribus ciuita  
rum, & potestacibus, in qui  
bus, communem resolutio  
nem videri, ut in principio  
officij debeatur salariū ra  
tione dispensarum, dixit Ca  
roc, de locat 2 part. cito. de  
tempore pensionis nu. fin  
sed Iasd l. diem functo, n. n.  
tenet, finita causa fore sol  
vendum, & ita ait tenere In  
noc. Ioan And. Anan. & a  
lios communiter inc. prop  
ter sterilitatem, extra de lo

cat. Cyn. & Salyc. in l. vnic.  
C. de suffrag. quibus addit,  
quod notat Bart perte x ibi  
in l. Archiatri C. de profess,  
& medic. lib. 10. quo tamen  
loco Bart. quæstionem istā  
non tangit, loquitur enim  
de promissione à clientulo  
facta aduocato, quæ diuer  
so iure censetur, & lite pen  
dente fieri nequit, iuxta l.  
quisquis, quam allegat. C.  
de postuland quæ hoc pro  
bat in vesicul. alias §. præ  
terea, de quo est lex Reg. Ca  
stel æ 7 titul. 16. lib. 2. nouæ  
collationis, & dixit us sup.  
in calce capituli præcedet.

D. salario autem debito  
ex dispositione legis nō lo  
quitur ibi Bart cuius vicem  
subit aduocati salariū, quod  
in initio fore prastandum,  
tenet Alex d l. diem functo  
col. 3 & repetentes ibi seca  
ti Bart doctrinā d § diuus  
nu 16. ad fin post glos. ibi  
hoc in aduocati salario ex  
presso tradentem, quod &  
notavit perte x ibi in l. ven  
ditor § final verb. salaryum  
ff. commun. prædict. idem  
tenet glossā ind. l. vnic. C.  
de suffrag. verb. consequā.

etur, & communiter teneri, assertit Jacob. de Nigris d.l. diem functo nu. 7. vbi & in nu. præcedente differentiæ rationem quoad hoc assig-nat inter Salaria ex contra-etu debita, ac debita ex le-gis dispositione, & conuen-tione, quæ in ilius locum succedit, & Cagnol. ibi. nu. 126. Tusch. praft. tom. 7. conclus decim sublit. 5.n. 2. Vbi inquit, quod ex quo lex magis mitis est, latè de-bet interpretari.

3. Quod verò attinet ad quantitatem salarij, tex. ha-bemus in l.i. §. in honora-rijs ff. de var. & extraord. cog-nition. qui eam iudicis arbitrio relinquit pro modo li-tis (quod glossa ibi pro quâ titate causæ interpretatur) & pro aduocati facundia, ac fori consuetudine ælti-mandam, ita tamē, ut ultra centum aureos pro singulis cau-sis nunquam æstimat, ut postea subiungit in §. Si cui cautum, versicul. licita autē, iuncta gloss. ibi, tradit Reg. Tholosan. Syntagmat. iur. lib 49. cap. 8. nu. 8. Menoc. 3. de arbitrar. casu 513. nu-

penult. & ultim. centur. 6. Stephan. Gratian. discep-tation. foués. c. 65. n. 6. Iou. r. quæ centum aureorum, quâ titas, decentum ducatis non intelligitur, ut contra alios, Rocentiores quidam sunt interpretati, quos sequitur Alc. lib. 3. dispunct. c. 9. vbi ex tranquil. in Ochone, iū-cto tacito de eodem lib. 17. docet centum sestertios idē esse, quod aureus; quod et à ex illis. & Plutarch. in codē Ochone docuit Budæus de asse, & partibus eius lib. 2. circa initium, versic. Iam antea ostendimus, fol. mihi 32. ad fin. & sequenti & illos refert, & sequitur Tiraquel. tract. de nobilitate c. 29 nu. 29. Sestertios autem dues asse, & semissim valebat, id est, duas æris libras, & eli-midiā, quæ erat quarta pars denarij argentei, qui decem libris æris, id est, assidus de-cem valebat, ut constat ex Budæo d. fol. 32. p. 2. versic. Denarius autem,

Sed Vlpiani temporibus alia æstimatione aureus cō-sebatur, & pro temporum, locorumque diuersitate di-

ueritate apud scrib. 6. sortitus est estimationem, seu estimationis suæ interpretationem; Budæus enim d. tract. de asse lib. 5. fol. 155. pag. 1. in initio, centum aureos, de quibus apud Vlpiā. in d. versicul. licita autē produabus auri pondo intelligit, Alc. d. c. 9 ad fin. singulos aureos, decem libraturum patriæ suæ summa estimat; Hieronym. Cagnol. d. l. dis funto nu. fin ff de offic. alessor. scripsit, illos centum aureos apud Vlpiā duo auri pondus æquare, secundū declarationē Alc. & Budai, inquiens, quod hoc cōmuniter Doctores nostri non intellexerunt, & ita etiā ex Alc. & Bud interpretatus est Perez lib 2 ordin. titul. 19. l. 2. in gloss. magn. quæst. 1. qui tamen, Alc. in quam, & Budæus diverso modo declarat, ut videtur est apud eos. vbi suprā.

4. Nouissimo autem iure non posse aduocatum, in quacunque causa nomine salarij recipere ultra viginti libras turonenses, si ultra receperit, non transire in eius

dominium, sed ad restituitionem teneri, tradit specul. d. titul. de salarijs §. sequitur, num. 3. de quo per Doctor. in c. quia plerique de immunit. Ecclesiat. latissimè Guid. Pap. decis. 9. per tot. Tiraq. de nobilit. c 29. nu. 38. & 54 & de iure Regio Castellæ ad l. 21 titul. 16. lib. 2. nouæ collectionis, Guitier. practicar. quæst. lib. 1. quæst. 31. per quam legem, post citatos abeo ibi n. 2. & Sot. quem ante retulit lib. 5 de iust. & iur. quæst 8. artic. 4. vers sic. Quod circā resolut, nec à sponte offerente posse aduocatum recipere ultra debitum salarium, debitum autem intelligit quod lege taxatū est, de quo Azeved. d. l. 21. nu. 5.

5. Nostra vero lex Regia d. lib. 1. c. 91. diuersam alia huiuscmodi salariorū taxationem init, ut nempe, in ciuij libus causis, quadragesima pars sit eius, quod in lite vincitus, aut defenditur ab aduocato, & aliquando minus, pauloq; plus in causis capitalibus, ita tamen, ut quadragesima illa ciuilium.

causatum, septingentorum cum vigintidenariorum, seu nummorum ætæ monetae nostæ summam nunquam transcedat; quæ salatiotum taxatio lege nostra definita, à iure communi discrepat, multoquè inferior est ea, quam iure illo aduocatus secundum iudicis arbitrium capere poterat. Quod ultra d.l i. versic licita auté s̄ de var. & extraordinar. cognit. iuxta explicacionem Alc. & Budæi, de qua suprà, colligitur ex §. Diuus statim sequenti, vbi proponitur, de latam ad Imperatorem fuisse controvèrsiam circa unius causæ salarium, & certè, si i. iud eo iure ita coangustatum esset, ut apud nos aut etiam non multum legis nostræ summam excederet, credibile non est, de re adeo minima aditum Imperatore fuisse, qui magnis vix superesse posset negotijs.

6. Nunc igitur, his suppositis, in trat. nostra qua studio, an scilicet, conscientia tutus possit apud nos aduocatus pro salario recipere ultra

summam à lege nostra taxatam? & an possit antecipatam illius solutionem recipere, & postulare? Et quidem, pro parte negativa facit, quod leges, si iustæ sint, subditos obligant non exteriū solū sed etiam interius, secundum receptissimā Theologorum, & iuristarum sententiam, quam dignis, & humanis autoritatibus cōprobat Couat. in regul. pecatum 2. part. §. 5. nu. 2 de regul. iur. lib. 6. suse Azor moral. institution. lib. 5 c. 6. part. i. nouissime Suarez de legib. lib. 3. c. 21. n. 5. quo in loco quæstionem in utramque partem late disputat, & examinat, & hanc esse Catholicorum communē sententiam, assertuit quam, aliud agens, antea probauerat tom. 2. de religion tract. 5. lib. 2. cap. 20. num. 4. vbi à Theologis, & Iuris peritis cōmuniter recipi, testatur, & eam probat ex eo quia etiam leges civiles manant à lege æterna, & per potestatem à Deo datam feruntur, ut satis appetere docet. Apostol. Paul. ad Rom 13.

Quæ certissima, & receptissima conclusio intelligēda sīc est, ut non semper mortalem, sed venialem aliquādo culpam tantum humanae legis transgressor incurrit, ut per Couar. d. num. 2. Villalob. summ. tract. 3. difficultat. 16. num. 2. latè Suar. d. lib. 3. c. 24. cum sequent. Azor. d. c. 6. versicul. Quinto infertur, ubi explicat, quādo ē legis verbes inferri possit, illius transgressionē lethalem esse: præterea, intelligenda est de lego humana in veritate fundata; nam quæ in præsumptione fundatur non obligat in foro conscientiæ eum, qui de rei veritate in contrarium sibi conscientius est, ut tradit Abb. inc. Raynaldus n. 14. de testament. cōmunitet Doctores inc. 1. de cōstitution. ubi Dec. nu. 18. versicul. Quarta conclusio, & pluribus vtriusq; fori citatis Suar. d. lib. 3. c. 23. nu. 1. & in sequentib. communem hanc sententiā elegāter more suo explicat, & distinguit. Denique, intelligenda est prædicta conclusio in lege humana in

publicum commodū principaliiter lata; quæ enim priuatam utilitatem principaliiter respicit, & minus principaliiter publicum commodū, transgressorē, in cuius utilitatem statuta est, non obligat interius ad mortalem, aut venialem culpā, ut ex cap. cūm contingat extra de iure iur. probat Couar. inc. quanvis pactum 2. part. §. 2. num. 7. de pact. in 6.

Vnde, cūm lex nostra super certo, ac vero, & non præsumptiuē disponat in dicta Salarij taxatione, & in ea communem litigantium utilitatem principaliter respiciat, ne ultra definitā ibi, taxatam quantitatem gravarentur, in interiori iudicio videtur obseruanda, & quod ultra taxationem legis recipitur, iniuste exigi, & recipi videtur; iustum enim patrocinij pretiū est, ut definit Card. Tolet. in summa lib. 5. c. 60. nu. penult. quod per principes taxatū est, idē securè probat. Petr. de Ledesm. in summ. 2. part. tractat. 8. cap. 16. conclus 8. quod

quodadèo prebat Medina  
Salmant. in instruct. con-  
fessor lib.1.c. 16. §. 4 versic.  
El nono, vt teneat, nec ap-  
probatae consuetudini con-  
tra leges, & constitutiones  
Regias hac in re standum  
fore, sed ultra eas posse ad-  
uocatum aliquid pro patro-  
cino recipere & quod ultra  
recepit restituere debere  
inanibus excusationibus ex-  
plosis, quod ad leg. Regiam  
Castellæ 21 tit. 6. lib. 2. nou.  
recopilat, Gutierr. practic.  
lib. 1 quæst. 31. vt nee a spon-  
te offerente, atque replican-  
te recipere possit aduocatus  
salarium ultra legis taxatio-  
nem, & ad leg. Regiā no-  
stram idem secure probat  
Ca'd. in relection. l. vnic.  
C. ex delict. defunctor s.  
part. num. 29. versicul At  
in sponte dantibus, cùm ta-  
men alibi idem Author, nē  
pe, in i. si curatorem, veib.  
vel aduersarij dolo, nu. 16.  
ad fin. C. de in integr. resti-  
tution minor. scripsit ad  
uocatis honoraria tenuissi-  
ma, & macillenta præstatia  
ex ord. Regia Bald. vero in  
l. i. in fin. C. mandat centū

aureorum pro singulis cau-  
sist taxationem in iure scrip-  
tam, de qua in l. i. §. si cui  
cautum, versic. licita ff; de  
var. & extraordinar. cogni-  
tionib. intelligit locum non  
habere in aduocatis episco-  
porum, & Abbatum, quia,  
inquit, pro statu dignitatis  
ipsorum, etiam maximū sa-  
larium recipere possunt, ar-  
gum. I. si patei ff. de donat.  
per quā ait, quō hoc tenuit  
ibi Rayn. de Foil & sequi-  
tur Ias. in § tripli num. 53.  
instit de action. & alijs citati-  
tis Tiraq de nobilit. c. 29.  
num. 37. Azeued. l. 20. nu. 1.  
titul. 16. lib. 2. & 1 sequenti  
nu. 6. versic. vnum tamen,  
Auendan. de exequend.  
mandat lib. 1. cap. 2 num. 12  
versicul. nam licet qui con-  
sequenter subdit aduocatos,  
ultra taxam nomine salarij  
posse recipere, licet in alijs  
officialibus hoc locum non  
habeat, vt ibidem per cum.  
7. Alij autem rationabili-  
lem terræ consuetudinem  
ad iusti salarij taxationem in-  
attendunt, vt cum citatis ab  
eo tradit Paz in praxi an-  
notat. §. titul. de aduocato  
num.

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

num. 50. vltra q̄ iōs ex sententia Victoriae in scholijs super 2.2 & iuxta D. Thom doctrinam d. 2. 2. quæst. 71. art. 4. idem tradit. Frat Lu. douic. Lop. in instruct. ne- gotiant. lib. 1. c. 27. versicul. in super quoniam, vbi non tyrranicam consuetudinē, sed rationabilem debere at tendi, ait, pensatis conditio- nibus personarum, & negotiorum, ac laborum; quæ omnia cum patrī consue- tudine attendi debere, do- cet D. Thom. loco citato, & Ludouicum secutus quem refert, terræ cōsuetudinem attendi debere, tradit Frat. Emmanuel Rod. in summa tom. 1. c. 4 conclusi. Quod Medina d. §. 4. intelligit, dū- modo regni legēs aut cons- titutiones in contrariū non sint. Idq; potissimum apud nos seruandū videtur; quia vltra legem antiquam de salarijs aduocatorum, præ- dicta salariorum taxatione no- ua legum collectiōne nuper edita contenta est, vt idcir- eo, diuturna consuetudi- ne in contrarium sublatam esse, . dicere non possimus,

Sciendum autem est, quod stante hac opinione, & habito pro constanti, prædic- tam legis taxationem interius obligate, id quidem, ut ad peccatum mortale obli- get de quantitate parua ul- tra legis summam, non est intelligendum, secundum Nauar. in Manual. latin. c. 25. num. 30. vbi inter alia ad uocatorum peccata, ponit, cùm stipedium exiguut de eo, propter quod non debetur, vel notabiliter maius debito pro patrocinio; atq; ita, quanvis illud tantū pro patrocinio debitum esse, di- camus quod lege Regia dif- finitum extat, debet tamen notabiliter maius illo exigi ad lethalis culpæ reatum, secundum Nauar. d. nu. 30. iuxta quod accipienda est Medina sententia d. §. 4. Quinimō, si sponte offera- tur à clientulo vltra legis taxationem conscientia il- læsa ab aduocato posse reci- pi, ex Innoc. in c. quia ple- rique de immunit. eccles. & alijs, quos refert, tradit Ti- raq. de nobilit. d. c. 29. n. 38. quanvis alij in hac etiam specie

specie contrarium teneant,  
quos sequitur noster Cald.  
loco sup.citato, vbi pro hac  
sententia, quam verissi-  
mam dixit d. nu. 29. in fin.  
expendit dictam leg. Regiā  
nostram.

8. Pro parte vero affirma-  
mativa, nempe, quod aduo-  
catus circa viiius culpæ rea-  
tum, taxationem legis trās-  
gredi posse, probatur pri-  
mò ex eadem lege nostra  
Regia d. tit. 91. in §. 16. qua  
tenus ibi traditur, tunc de-  
mum aduocatos restituere  
debere id, quod ultia præ-  
dicta in legis taxationem à  
clientulis receptorunt, cum  
illi hoc sibi restitui coram  
calculare expensatum, cui  
huius rei cura committitur,  
postula erit; atque ita secū-  
dum legem ibi, cui in hoc  
similis est alia eodem lib. i.  
titul. 48. §. 11. apparet, inte-  
rim aduocatos ad restitu-  
tionem recepti ultra legis  
summam non teneri; certū  
vero est, quod quandiu ad  
restitutionem non tenetur,  
secundum legem iuste reti-  
nent & per cōsequēs, quod  
secundum legem iuste reti-

nere possunt, scundum eā  
quoq; percipere iuste pos-  
sunt.

Secundò, & principaliter  
probatur eadem sententia  
ex d. §. 16. quatenus ibide m,  
in casu restitutionis facien-  
dæ ad partis requisitionem,  
dicunt nulla proprieṭà ad-  
duocatum pæna fore afficiē-  
dum: in quo lex insinuat,  
nullum eum maioris salarii  
receptione contraxisse cri-  
men, cuius iniunctu pæna alt  
qua multari debet: quod si in exteriori foro, qui le-  
gislatoris ditioni, & potesta-  
ti immediate subest, nullū  
contraxit crimen, multò  
minus dicendum est in in-  
teriori contraxisse, qui le-  
gislatoris humani iuris dic-  
tioni non ita subest.

Tertio probatur, quia ta-  
xatio legis intra quantitatē  
ab ea dis̄imitat, regular ut  
secundūm causæ victoriam,  
aduocati patrocinio, à cliē-  
te reportatam, iuxta decla-  
rationem, quam posuit in  
§. 11. Sedundūm quam, non  
attenditur ad totum i', pro  
quo aduocatus patrocinū  
præstat, & labore suum, ac

studium impendet, sed ad partem, quam iudicis sententia obtinuit; & non ratiō eueniet, ut in ea, in qua succubuit, plus laborauerit; & studuerit propter dubia cause merita, quæ iustam suscipiēdæ litis causam præbuerunt, & tamen respectu partis, in qua succubuit vel iudicis errore, vel quia in causa dubio contraria illi magis placuit sententia, sine mercede erit iustus patenti labor, quod certe iniquum apparet. Vnde dicendū videtur, quod saltem in animo iudicis, in quo æquitas, iustitia, & veritas auctēdūt, non obliget lex; quasi in taxatione hac, non super verò sed super præsumpto sūdetur; nec enim verè aduocatorum laborem, operam, & studia ad singulas causas examinare lex poterat, idcirco videtur, quod præsumptiuē se habuit, normā calculatoribus præscribens ad expensarum computum aduocatos, saltem in interiori iudicio, obligare non intendens; & alioquin sepe eueniet (quod ad candem

spectaret iniuriam) ut maiora ferat emolumenta, minora ferens laboris noucumenta.

Quarto facit, quia, quāuis in expensatum computatione prædicta legis diffinitio, ac salariorum norma à calculatoribus seruetur; illa tamen in aduocatorum usu non est pro receptione salarium ipsorum, quæ palā percipiuntur non attenta legis norma: sed cause potius, ac personarum qualitate, & impēso in eam studio, ac labore, quod iudices, & maiores etiam magistratus non puto ignotare, & cùm ea sit optima legis interpretatione, quam usus, & consuetudo recipit. I. si de interpretatione sive de legib. non remeū, nec incautē dicitur, legem nostram in prædicta salariorum taxatione, secundūm prædictum usum & consuetudinem debere intelligi, saltem in interiori iudicio ad excusationē peccati. Illud verò quod de tacto iudicū, & magistrorum consensu diximus, sentiam hanc non paruum

ex eo etiam iuriat, quia ludes, non obstante taxatione statuti, possunt longioris litis causa, & pro labore ad uocati malora illi taxare salaria, ut ex Afflct. decis. 70. nu. 2. et ad. Gratian. discep- tation, fouens. c. 56. num 5. tom. 1.

9. Denique, lex quæ non recipitur à populo, nō obligat, nec vim legis habet, c. in istis § leges 4. distinc. vbi Dominicus notat, leges, à principe datas, intelligi ea conditione, & intentione, ut non aliter obligent, quā si fuerint à republica receperæ, quem sequitur Nauarr. consi de constic. quæst. 5. nu. 23. & alijs. & ita est communis opinio secundum Couar. lib. 2. variar. c. 16. n. 6. versicul quintò sunt, quæ sequuntur Gurierr. Canon. quæst lib 1. c. 8. nu. 2. Azor, qui communem opinionem esse dixi interpretatum canonicei, & civilis iuris, & verique iuri consentaneā, moral. institution. lib. c. 4. post initium. vbi versicul. tertio quæritur, tradit, legem dici non receptam.

vñ, quando à tota communitate, in quam lata est, vel maiori parte illius non recipitur. Vnde, cùm lex nostra in taxatione salaryrum aduocatorum, quod ad eos attinet, in vñ non sit, nec recepta, videtur dicendū, quod eos non obligat: maximè, cùm legis dispositio sensu alio accipi possit, secundum quem est in vñ, & practicatur, ut diximus, id est, ad ex pensatum litis computum à calculatoribus faciendum.

10. Pro qua interpretatione, & intellectu notari debet titulus, sub quo lex situata est, qui sic inscribitur, *De como se haõ de contar os salaryos aos procuradores*, iuxta quem lex in dubio accipienda est, ut communiter notatur in I. Imperator ff de in diem addict. in præsenti autem, non solum in titulo legis, sed etiam in initio illius, ac plerisque eius paragraphis verba de aduocatorum salarys loquentia ad computationem referuntur, ita, ut magis videatur præscripta calculatoribus nor-

# Director aduocat. & de privileg. eor.

ma pro computo faciendo, iuxta quem victus victori soluere debeat expensas, quam aduocatis pro honorario recipiendo, & quam aliquando verba ad ipsam salariorum receptionem dirigatur, a defectura tamen cōputationis facienda, quam lex ibi principali. ter intendit, verba de receptione intelligi debent, ita ut ea demū salario à patrone secundū in legem recepta censeantur in expensarum computatione pro solutione eorum à victo victori facienda, quæ secundū legis præscriptum calculator aestimauerit.

Idem etiam intellectus suadetur ex eo, quia in lege illa, præfertim in d. g. n. vbi cuncti de salariorum eiusdem causarum taxatione, eorumque calculatione lex loquitur, semper ad honoraria patrōni vincentis verba dirigit; in quo plane insinuat, in taxatione, de qua ab aliis legis finem, & mentem fuisse, calculatores instructi ad expensarum computum, quia enim in illum salario

patroni succubentis non veniunt, sed solummodo vincētis, ut iuxta illorum cōputationem, victus victori ea persoluat, ideo non illum, sed istorum tantum aestimationē præscripto suo lex curauit. Ex quo manet intellectus iste ad legē Reg. planè confirmatus, & illo stante cessat difficultas de iniquitate sup. obiecta; apparetquæ quæ in proposita questione pro viraq; parte potissimum vigeant. Illius autem resolutiua assertione super sedere modò, in animum duxi, volens magis, eam timorati, & prudentis viri iudicio fidere: ita tamen ut qui posteriorē partem amplecti malint, aestimantes, non teneri aduocatos honoraria patrocinij sui recipere ad legis Regiæ normam, ac præscriptum, sed conscientia illa sit, & absq; illa criminis labe maiora posse interdum capere, & à cliente petere, cautè in hoc litis modum attendat, ac suam in illa operam laborem, ac facundiam seruat, saper loci, ac fori, in quo versam

C. 9. An ultra summ. à lege taxat. & c. 80

versantur, consuetudine, secundum quam intet eos, & clientulos de salario actum credetur: ut & in alijs conventionibus l. semper in stipulationibus vbi Dec. omnia allegat s. de regul. iur. Atquè ita his absoluta est disputatio de aduocato cū clientulo suo.

C A P. X.

S U M M A R I A.

1. Aduocatus iniustam causam defendens mortaliter peccat, & ad restitutionem damni tenetur. Et quanvis ab initio iniustam putet, si postea agnoscat iniustam, desereretur tenetur.
2. Traditur casus, in quo aduocato qui iniustam esse litigem in ultimo eius termino cognoscit, in illa iuris allegationes ad quas est assumptus proferre licet absque labore criminis.
3. Aduocatus clientulum suū iniustam causam sustinet ad transactionem cum adversario faciendam non potest inducere, nec id consu-
- lere, ei licet, sed ut ab iniustitate discedat.
4. Aduocatus transactionem consulere potest clientulo, quando causa in foro anima iusta est ex parte illius, tametsi secundum ius fori iniusta sit.
5. Pro causa in exteriori iudicio iniusta, tametsi secundum ius poli iusta appareat, non licet aduocato, in iudicio postulare.
6. Consuetudo, quod aduocatis iuret pro singulis causis sub patrocinio suo susceptis, si alii cubi est, improbatur.
7. De iniustae litis occasione amputanda, salarij multa.
8. Aduocatus postulans in causa contractus, in quo adverius lassionem circa dimidiā passus est, non peccat. Idem postulans pro spoliato in causa spoliis, quanvis res illius non sit, ilid. ver sic. & simile est.
9. Aduocatus patrocinando causæ iniusta in foro exteriori propter in opiam probatum, qui tam in de veritate in contrarium conscientis est, peccat.
10. Index secundum in actis deducta

○ Director aduocat. & de priuileg. eor.

- dedacta, & probata senten-  
tiam proferre debet, quanuis  
illi, ut priuato de veritate  
in contrarium constet.
11. Princeps supremus secundū  
propriam priuatam quē cō-  
scientiam indicare debet spre-  
za actorum probatione, con-  
demnare verò aliquem testi-  
monio unius tametsi fide  
digno, non licet illi.
12. Index secundū allegata,  
& probata iudicare debet:  
aduocatos contra priuatam  
suam conscientiam postulare  
non licet, & differentia ra-  
tio inter utrumque assigna-  
tur.
13. Quando licitum sit aduoca-  
to, iusta declinandi iudicii  
causa receptione vii in causa  
iniusta.
14. Aduocato iustificare causam  
tuenti, moratorijs exceptio-  
nibus, & cauillationibus ad  
eludēdum aduersacionem vii  
licet. Declaratur nu. sequen-  
tibus.
15. Numquam licet aduocato  
quantumvis iustum causam  
tueatur, mendacio vii ad  
victoriam illius.
16. Aduocato cauillationibus  
vii lices in causa iusta, quam
- do de iustitia illius certo con-  
stat, & dubia non est.
17. Dubia causa licet, & con-  
scientia illa ab aduocato de-  
fendi potest: in illa tamen  
calūniosis exceptionibus ut  
non licet.
18. In causa de cuius iustitia  
certo constat, aduocatus mo-  
ratorijs, & cauillosis excep-  
tionibus uti potest, etiam si  
solum differēdē illis animo,  
& intuitu utatur, nec ad  
causā victoriam illa condu-  
cant, dummodo abstineat à  
mendacio, d. num. 17. versic.  
Alter casus.
19. Aduocato non licet, mēda-  
cio vii ad impetrāndam de-  
linquenti securitatis char-  
tam.
20. Et an tale mendaciū mor-  
tale semper peccatum secum  
ferat, an veniale solummodo  
aliquando, traditur, & nu-  
sequeuti.
21. Carker, non pene sed custo-  
die causa inuentus est. & de  
definizione illius, etymologia  
& differentia inter ius ciui-  
le, & pontificium.
22. Aduocato nunquam licet,  
clientulum instruere in factis  
responsibus circa veritatem.

23. An absque peccato aduocatus retineat processum ad legis usque terminum, quando nullus inde causa viuitas sequatur, & aduersarius in eodemnum aliquod extrinsecum patiatur.

24. Peccat contra institutam aduocatus, legis terminum si duplicitari postulatis causa minoris restitutionis opere, quando eo non indiget.

25. Grauerit peccat, & cum

restitutionis onere, qui ultra legis terminū, acta processus sine legitim. & causa retinet.

26. Questio de vduocato quia multitudo clientilorum & 27. impeditus actu processus retinet ultra statutos à lege terminos an, & quando peccet cum restitutionis onere, bimembri distinctione resolutur;

C A P. X.

De aduocato erga clientuli sui aduersarium.

**P**rocessus disputatio, quæ est de causidico cum clientuli sui aduersario, tota se è de iure poli est; ex quo aliena videbatur à professione mea, quæ de iure fuit, veteri q. idcirco possem veteris prouerbij in me conuictum, ne suor ultra crepidim: illa tamen super sedendum mihi non foreduxit, quia & si à professione mea, quæ in foro versatur, alienum sit, disp-

tare de ijs, quæ ad animæ iudicium spectant, alienum tamen à munere mei professione non est, imò per quam maximè illi consertaneum, abstinerere ab ijs quæ animæ saluti aduersantur; tum etiam, quia ad directoriū aduocatorum (quod est præsentis tractatus nomen, & institutum) propriè pertinet investigatio eoru, quorum, qui hoc munere funguntur, præcipua debet esse

Director aduocat. & de priuileg. eor.

esse obseruatio, n: alias, qui iustitiae ministros se profitetur, in ipso munere ministerio iniuste agant, in quo quidem exhibere se ita vnuquisque nostum debet, ut non dominetur eius omnis iustitia, sed per semitam iustitiae ditigantur gressus illius.

Primo, ergo, & ante omnia præcauere quam maximum debet aduocatus, ne iniustiam suscipiat causam sub patrocinio suo agendā, aut defendendam, eo enim admissio lethale peccatum committit, à quo, quandiu in prosecutione iniustæ causæ scienter persuerat, absoluī non potest, & ad restitutio-  
nem damni patrocinio suo illati tenetur. Hec est certissima, & absqueulla controuersia ab omnibus recepta conclusio, de qua D. Thom 2.2. quæst. 71. art 3. ubi adducit illud 2. Patalipomen. c.  
16. *Impio præ'es auxilium, & idcirco ira Domini merebaris.* Et ne dum iniustiam causam ab initio cognitam suscepere non licet, sed & susceptam quia iustam credidit aduo-

catus, si postea de iniusticiæ eiusilli constet, deserere omnino debet: de quo est tex. in l. rem nō nouā s. patroni autem C. de iudic ita tamē ut partem aduersam non iuuet, nec commissa sibi secreta illi reuelet; & ita docet idem Angelicus Doctor d. artic 3. ad 2. & conueniunt omnes.

2. Iuxta quod, si aduocatus causam, pro qua ad publicatus usque attestations bona fide patrocinatus est, quando actorum copia illi exhibetur, ut secundum allegata, & probata pro parte sua, de iure illius ad litis victoriā doceat, qui est postremus eiū terminus iniustam censeat, & de speratam, siue quia pars in probatione eorum quæ in articulis sunt deducta defecisset, siue quia causidicus ipse in consilio suo, quo litē ab initio prosecutus est defecisset, siue quacunque alia de causa id contingat, ab illa tamē ad ultimum illum litis terminum iam perducta abstine se debet. Similiter ite facere debebit curia a iu-

catus

catus in causa appellatio-  
nis ad quam pro iuris alle-  
gationibus ab alterutro liti-  
gatorum nouē assumitur,  
vt si nisis & persensis actis,  
& iuribus, iustiorem aduer-  
se partis causam sentiat, suā  
deserat. Et sanè, non dubito  
de facilī quemquam, & ex  
promptu ita responsūrum,  
qui recipiātissimas probati-  
ssimasq; Theologorum, ac  
iuristarū sententias de in-  
insta causa deserētā in quo-  
cunq; litis termino ample-  
xetur. Dico tamen, quod  
si absolute ita est servandū  
in prædictis speciebus, non  
expedit homini aduocatio-  
nis munus publicē agere,  
præsertim in curia; multa  
enim sunt aduocatorum pe-  
ricula de quibus Albertic. in  
l. vnic. num. 7. C de suffrag.  
vbi duodecim adducit quæ  
commoniter cōtingunt in  
huius muneris expeditione,  
& repetit Caccia up tract.  
de aduocat quæst 7. per tot.  
Sed certe hoc vnum, plus  
quam alia deterret, si ab-  
solutè in illo, vt dixi, tenen-  
dum est, quia animā timo-  
ratam continuo, quotidieq;

contristabit atque vexabit,  
& corpus fame necabit, si  
aliunde non habeat homo  
vnde vivat assūtusq; cō-  
trouersias, & iuris patictur  
aduocatus ab ijs, à qib; pro  
patrocinio est electus  
post tempus consumptum,  
impensumq; labore in le-  
cta processus, & causæ exa-  
mine. Denique, non raro  
etiam damnū inde pars ad  
uersa patietur, dum partē,  
quæ ab eo quem eligit, pas-  
sa est repulsā, citare necesse  
habebit, vt alterum consti-  
tuat; qui de iure suo doceat,  
quod apud nos servatur,  
quia aduocatus in procura-  
torem simul cōstituitur, qui  
si commissum sibi negotiū  
acceptare ex causa recusat,  
id ita in actis declarat & is  
qui cum sibi constituerat,  
vt alterum constituat, ex pe-  
statut, nec legi terminus il-  
li currit, quandiu ad hoc  
iussa iudicis non citatur;  
quod interdum non patiā  
motam cum somptu secū  
trahit, præsertim, si is qui te-  
quirendus est. In genere abest  
à loco iudicij, ex quo non  
raro evenerit, vt melius s. cū

# Director. aduocat. & de preuileg. eor.

agi, ducat aduersarius, si as-  
sumptus pattonus pro illo  
in causa dicitur, quanvis iniu-  
stam illam sentiat, quando  
iam ad ultimum res agitur,  
quam si illa non acceptata,  
nouæ citationis onere, cū  
sumptu, ac mota prægraue-  
tur.

Maturè ergo, ac diligenter  
omnibus pensatis & iu-  
minatis, fortè apparebit, li-  
cet ece aduocato absque vlla  
culminis labe, in casu pro-  
posito commissam patrocini-  
o suo causam pro finali  
expeditione illius, iuris alle-  
gationibus quas ad rem ma-  
gis facere in animum du-  
xerit, instruere, quanvis ca-  
iudicio suo victoriā non  
promittant, à falsis veò al-  
legationibus, tam iuris, quā  
facti abstinentū semper est.  
Nec quidem cu' pandus est  
quasi iniustē faciat, iniustē  
causē coram iudice patro-  
cinando, qui in propositis  
terminis legis terminos ser-  
uat, litem quē ipsam, & iniu-  
sticiam eius citius terminat,  
dum se non abstinet, quod  
cū aduersario magis  
expedit, sēpequē in hoc il-

li melius consultum esse, ap-  
pareat, saltē in casu isto, in  
quo & cōta aduersarij volū-  
tas pro hac parte non teme-  
re coniçitut, quandiu de  
contraria non constat, non  
est, cui iniusticiam illatam  
dicamus, cum volenti, & cō-  
sentienti fraus non commi-  
tatur, neque iniuria.

3. Transactionem autem  
in casu prædicto, sicut nec  
in alio in quo compertum  
patrono sit de causē iniusti-  
cia, iniustē parti consulere,  
non licet ei, qui potius iniu-  
stam litem dissuadere debet  
& ut à cępta discedatur, cō-  
fulens enim transactionem  
parti quam scit iniustā cau-  
sam souere, vt alienum acci-  
piat, consulit, & ad restitu-  
tionem tenetur, vt dicit Al-  
ber. ind. l. vnic. C. de suffrag.  
num. 7. vbi inter duodenā  
aduocatorum pericula ad-  
ducta per eum ibi, tertio lo-  
co hoc pon. t. & repetit Cac-  
cialup. tract. de aduocat. q.  
4. num 5. vbi hoc periculū,  
quo sēpe implicati aduoca-  
tum, ait, tertio item loco  
scripsit, tradit Burgos de pa-  
ce in p̄cēm. leg. Taurum  
num.

num. 255. Didaci Petez lib.  
2. ordin. titul. 19. l. 1. gloss. 1.  
versic. quartō, & rursus in l.  
sequenti, col. final versicul.  
cauere præterea, & ex alijs  
Frat Emman Rod. in sūm.  
1. part. cap. 2. conclus. 4. &  
tenet D. Thom. 2. 2. quæst.  
71 art. 3. ad secund. vbi ait,  
quod aduocatus, qui in litis  
progressu cognovit, causam  
clientuli sui iniustam esse,  
debet eam delerere. vel eum  
cuius causam agit adceden  
dum inducere, siue ad com  
ponendum sine aduersarij  
damno; utque ita planè do  
cet, quod ad transactionem  
non est induendus cum ad  
uersarij damno; quod eue  
nit quando ba eo in vito ali  
quid extorquetur, ut ab in  
iusta lite discedatur; quādo  
verò, sine aduersarij dāno  
transactio fieri dicatur, ut  
clitulo iniustā causam agen  
ti, ab aduocato conscientia  
tuta suader: possit iuxta D.  
Thom. doctrinam loco ci  
tato, quem alijs sequuntur re  
lati à Burg. de pace d pro  
cem. num. 256. explicat ipse  
ibi l. num. sequenti, dicens,  
id fieri posse, si creditoris li

bera voluntate fiat, omni  
fraude, dolo. Vi, metu, calli  
ditatequè, & mendacio se  
clusis, & cum illo transit.  
Gutierr. lib. 1. practic.. quæst.  
28. dummodo aduersario  
hoc aperiatur, & ipse de rei  
veritate iustitiaq. bene cōf  
cius adhuc velit transactio  
nis causa aliquid dare, aut  
remittere ei tandem litis cau  
sa; subdit tamen, quod hoc  
raro sit, & quod ipse nec in  
casu isto voluit. Vnquam  
consulere cōcordiam, secus  
si res esset dubia, secutus  
Azeued. ab eo citatum l. 2.  
num. 7. titul. 16. lib. 2. nou.  
recopilat. Ego sané multū  
dubito, an D. Thom. mens,  
dom docet, posse clientulum  
ad componendum iudici  
absque aduersarij damno,  
ea sit, quam Burg. declarat,  
quippa qui, in casu prædic  
to, negati non potest, cum  
aduersarij dāno concord  
iam fieri, quādo quod dat,  
aut remittit tametsi scicns  
prudensque faciat, tamen  
non spontanea voluntate  
facit, sed coacta, propter re  
dimendam, scilicet iniustæ  
litis vexationem. Quare,

# Director aduocat. & de privileg. eor.

sinè aduersari; damno computationem fieri, dicam, ad Angelici Doctoris sententiam, quandò inter partes res ita componitur, ut etsi ex parte vnius iniustè ageretur, alter de suo nihil p̄t̄ stat verbi gratia, discedam à līte, si in pristinā redeamus amicitiam. si litis offendam remittas si loquaris pro me Regi & sic de alijs in quibus nec rei familiaris, nec honoris damnum veritator; tunc enim sinè aduersari; damno cōcordia fieri, vere dicitur: quo casu patribus se p̄tere n̄ sua lere, nō solum licitum, sed & laudabile est, & Deo valde acceptū: qui per contrarium, in ḡia & discordias excitantē valde detestatur, iuxta illud proverb. 6. Sex sunt que odit Dominus, & septimum detesta tur anima eius, aculos sublimes, linguam mendicem, manus ef fundentes iunoxiū sanguine, eorū machinās cogitationes p̄fūns, pedes veloces ad currendū in malum, offērentē mōdūia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Notandum est hoc

vltimum sc̄ptimo loco positiū ut p̄æ cæteris odibilius Domino, & coram eo detestabilius; ut ita iniustas suadere, consulete vel l̄tes, unde iurgia mala pullulant, & discordiæ inter fratres seminantur, maximē abhorreat, qui Domino odibilis esse non vult & detestabilis.

4. Rorlos. q̄od dictum est circā transactionem in causa iniusta declaratur, ut locum non habeat quando ei si causa secundū: ius iniusta sit & desperata, tamen attento iure poli iusta est, videlicet, quia pars l̄sionē in contractu passa est talem quæ secum cōtrahentem in anima iudicio obliget, quāuis in exteriori non obliget quia dimidiā iusti pretij partem l̄sio non transcendet: vel etiam, quia mutuā pro quo conueniunt, solvit, & tamen solutionem probare nō potuit, qm de mutuo legitime constet: his enim & similibus casibus istius partis patronus iniuste non agit transactionē illi cōsulens: nam etsi ūdamne aduersarij a sit, qui se-  
cūlum

cundum in actis deducta & probata iustum causam fuet, ita ut a toto veniat absoluendos, tamen in animæ iudicio totum debet: atque ideo, iniuriosè nō extorque tur pars ab illo qui totum reddere tenetur, adeo, ut & compensationis ope tantundem capi possit à damnum passo, illo inuitio: cum, ergo pars ipsa non peccet in acceptione partis ex causa transactionis in casu isto, nec utique peccabit aduocatus eiusdem transactionis consultor, & fautor.

5. Dubitari vero potest, an in prædictis ac similibus casibus postulare possit in iudicio: quia scilicet et si sibi constet de cause iustitia in animæ iudicio, constat etiam, secundum ea quæ à parte ipsa sibi proponuntur, vel alias ei nota sunt, de iustitia illius in exteriori iudicio. Et sane videtur, quod in casu isto à munere suis ministerio abstineat debeat causidicus quia manus eius in exteriori iudicio versatur, idcirco quia secundum leges illius, quas pro munere

re suo, executione quæ illius attendere debet, desperata est causa, abstinere debet ab ea, & alioquin peccat in iudicium in quo versatur, & ad quod pro patrocinio assumptus est. Idquæ multo magis obtingebit, ubi consuetudo fuerit, quod patroni causatum iurent, secundum Iustiniani constitutionem, de qua in l. rem nō nouam § patrioni autem C de iudicib[us] vbi cauetur, quod pro singulis causis iurent, & inter alia iutamento contēta, est quod nō solum causam sibi ab initio cognitam pro improba, vel penitus desperata non suscipiant, sed etiā, ut suscepiam ac pro tali postea certamine procedente cognitam omnino deserant: & notandus est tex. ibi, qui loquitur alter natu è in causa improba, vel penitus desperata, quasi desperata esse possit quanvis te vera improba non sit, ut eaeuit in casu proposito, in quo ex pacte illius qui conscientia tutus est, causa improba dici nequit, cum tamen obprobatio num in opiam def-

# Director. aduocat. & de priuileg. eor.

perata penitus si: atque ita iuramentū de quo ibi, hunc etiam casum compræhendit: cui ítem conuenit legis mens, & iudicis in delatione iuramenti secundūm quam aduocatus iurare tenetur, cui iustè & lege iubente à iudice defertur iuramentū, in cuius delatione, ea esse noscitur legis, & iudicis mens, ut aduocatus iuret de causa sibi creditæ meritis, & iustitia, secundūm leges iudicii, in quo illa agitanda, & decidenda est, vt, si secundūm has iniusta appareat, abstineat ab illa: quod certè facere tenebitur, & aliás reus est per iurij quanuis se cùdūm ius poli iustum esse causam, sibi certò constet:

6. Quod tamen de iuramento diximus ex Iustiniani constitutione ind. 5. patrōni, consuetudine abrogatum est, vt tradit gloss. ibi verb. tactis, ex Bulgar. quem refert, specul. lib. 1. titul. de aduocato 5. final. incipit utriusquè partis aduocatum num. 15. Didac Perez lib. 2. ordin. titul. 19. l. i. in glossa super verb. fugādo iuramē-

to, vbi ait, quod consuetudine non seruatur, saltem in tribunalibus inferiorum iudicū, quod aduocati iurent; & creditur Doctori de consuetudine testāti, etiam vni soli donec aliud probetur, vt in proprijs terminis tractat Caccialup. tract. de aduocatis quæst. 4. num. 2. vbi ad hoc citat Bart. in repetit. l. de quibus col. 13. quæst. 3. principal. ff. de legib. cuius ad hoc verba retent, & ut singularia commendat. spe cul. tamen loco citato scripsit, quod hodie etiam iurare tenetur aduocatus ex constitutione Greg. decidi quæ incipit properandum, titul. de postuland. & quod à libi iurat: sed constitutionē illā relaxatam esse, quia non est in 6. dicit Additionator eius Ioan. And. ibid. Paul. verò d l. rem non nouā, nu. 2. alterius circā hoc consuetudinis vt oculatus testis meminit, secundūm quam aduocatus de calumnia iurat publicatis attestacionibus altera parte requirēte, & ait, quod si conscientia sua comprehendat, partem suam

suam iniustam causam for-  
nere, de relinquere eam de-  
bet: subdit vero, quod multi  
absorbent sibi iuramentum  
informantes conscientias  
suis admodum eosum; Sed  
Deus est desuper, inquit,  
qui nouit abscondita cordis.  
A pud nos quidem talis cō-  
suetudo in vsu non est, nec  
in ciuitate ista, quæ caput  
est Regni, nec in toto Reg-  
no, nec unquam aduocati  
super creditas patrocinio  
suo causas proprio nomine  
iurant; & quod he die aduo-  
cati non iurant, attenta cō-  
suetudine, secundum com-  
munem quam tradit lit. in  
d. 9 patroni, num. 3. testatur  
Gratian disceptation forēs.

c. 56. nu. 9. versicul. Hodie  
tamen, tom. 1. solamquè cu-  
riales, seu consistoriales no-  
strī cūm ad munus assumū-  
tur, antequitā illi se accin-  
gant ex Regis p̄̄scripto iu-  
rant pro testa administratio-  
ne illius. Nec quidem  
consuetudinem illam iuran-  
di publicatis attestacioni-  
bus, de qua Paul, loco cita-  
to, laudo, quin potius, si ea  
alicubi adhuc viget, ablegā-

dam prorsus censeo: quia  
utilitas ex ea pullulans, in-  
certa est, & parsua, quando  
iam lis super qua iuratur,  
in calce versatui, damna ve-  
rō & incommoda inde ob-  
uentura, multa sunt, & mag-  
na, tam propter peritūj pe-  
riculū, cuius meminit Paul.  
quam propter damnū cliē-  
tuli in causæ desertione quā  
do aduocatus delatum sibi  
iuramentum subire recuset:  
quo casu nō tam detelicta,  
quām prodicta causa videbi-  
tur, quæ ut desperata, à pro-  
prio patrone derelinqui-  
tur: ex quo etiam scandalū  
non raro inde suborietur,  
si alius animosius iuret, &  
tueatur.

7. Quare, prædictam cō-  
suetudinem, seu legem mu-  
nicipalem, si alicubi extat,  
non approbo. Legem vero  
ego approbare, quā in li-  
tis exordio, iniusta litis ec-  
casio quoquo modo ampu-  
taretur: quod aliquādo co-  
gitabam, præcaueri modo  
aliquo posse, si postulandi  
facultas absque delegati cau-  
sarū, metu pñæ constringe-  
retur, sic nemipe, ut cōstito,  
quod

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

quod aduocatus causæ in-  
iustæ scienter patrocinatus  
est, in ipsa finali causæ sen-  
tentia, quando de hoc iudi-  
ci constare potuit, patronū  
ipsum multet in duplo sa-  
latij : post nūmque iudex,  
aduocatum, & notariū, qui  
in actis processus deliquerit,  
in processu eodem absque  
alio iuris ordine punire, vt  
erudit Bouadill. in politic.  
lib.3. cap.1. num. 48 tom.2.  
Scienter autem iniustæ cau-  
sæ patrocinari quoad hoc  
existimandas erit etiā ille,  
qui noti. seu clari iuris erro-  
re ductus patrocinatus est,  
ita vt à lata saltē culpa non  
excusat : foitassis huius  
pænæ metu, quæ non bo-  
norium solum dispendium.  
Sed & honoris etiam nota  
secum inuoluit, aduocatus  
non ita indeliberatè ad pa-  
trocinium impendendū lu-  
cri auiditate proflicit, quin  
prius, sibi consulens, causæ  
merita expendat secundūm  
ea quæ sibi à consulente se  
proponitur.

8. Ulterius, prosequendo  
intentum, quia casum effin-  
ximus de causa iusta in in-

teriori animæ iudicio, cum  
tamen iniusta sit, & despera-  
ta secundūm ius fori, in quo  
agitari debet: nunc per co-  
trarium fingo casum causæ  
iniustæ animæ iudicio spe-  
ctaculo, quæ tamen secun-  
dūm ius fori iusta est, cuius  
frequens exemplum euenit  
in læsione contractus, quæ  
& si talis sit quæ eius, à quo  
patrocinij causa aduocatus  
conuenitur, conscientiam  
liget, dimidiam tamen iusti-  
pretij non transcendit; ex  
quo, iure fori attento, certa  
est pro illo causæ victoria,  
quæ tamen eum iure poli  
non excusat à restitutione  
eius in quo alteri læsus repe-  
ritur, tamen si læsio citra di-  
midiam consistat, secundūm  
receptissimā omniū Theo-  
logorum, & Iuristatum sen-  
tentiam queritur modō, an  
nihilominus aduocatus cō-  
scientia illæsa postulate pos-  
sit aduersus eum, qui læsionem  
patitur quam leges fa-  
cili tolerant. In qua ques-  
tione, pro parte negativa  
facit, quod pars in hoc ipso  
peccat, quod cōtractū cum  
læsione a terius celebravit

& læ.

& lēsionem inde securam  
refarcire non vult: atq. ideo  
aduocatus qui patrocinio  
suo in id ipsū illi coopera-  
tur, non videtur immunis  
peccato. Contrarium tamē  
resolutiū tenendum est in  
casu isto, quia in eo aduoca-  
tus causæ patrocinatur ius-  
tæ quidem secundūm leges,  
quas & Pontificium ius ap-  
probat c. cūm dilecti, c. cū  
causa, de emption. & ven-  
dit. quanvis enim lex per-  
missiva mali sit, qualis est  
hæc, quæ lēsionem circa di-  
midiam impune permittit,  
mala tamen ipsa non est,  
neque iniusta, ut ad hanc  
eadem leg. explicuimus in  
nuper edito tractatu nostro  
de iur. & priuileg. honestat.  
in init. num. 12 atque ita, in-  
iustæ nō agit aduocatus dū  
causæ iusta lege fulcitæ pa-  
trocinium suum accommo-  
dat; nec in hoc alterius pec-  
cato cooperari censendus  
est; pars enim cui patroci-  
natur, non peccat in hoc,  
quod contractum in quo al-  
ter circa dimidiā lēsus fuit,  
secundūm leges valere atq;  
rescindi non debere, con-

tendit, in quo aduocati offi-  
cium, & patrocinium ver-  
satur, sed in ipsa celebratio-  
ne contractus, & retentione  
etius, in quo lēsit, stat pec-  
catum illius: hæc ergo, si  
consulat aduocatus eiusdē  
peccati reus erit, patrocinū  
verò præstans pro validita-  
te contractus, qui secundūm  
leges, quas allegat, iustē va-  
let, non peccat.

Et simile est, quod in spo-  
liati causa tradit Innoc. in  
c. pastoralis, nu 6. de caus.  
posses. & proprietat. quem  
refert Bald. in singul. verb.  
aduocatus, & Burg. de pace  
in proxim. leg Taur. n. 239.  
n. mpe, aduocatum patroci-  
nium ferent in causa spo-  
lij pro spoliato conscientiā  
lēsam non habere, tametsi  
non probet rem suam esse,  
& quanvis Innoc. d. num 6.  
pro ratione scripsit, quia  
potest esse, quod verē sua  
sit, licet eā non probet suā;  
quæ ratio non concludit ad  
casum quo aduocato con-  
fert rem à spoliato detraictā,  
illius non esse, sed spoliato-  
ris: tamen, & in casu isto di-  
cendum idem erit, quia in

eo iusta est spoliati causa secundum leges ac ius pontificium in possessorio iudicio, in quo ministrium suum pro illo exhibet aduocatus, qui magis conscientiam legis, quam suam sequi debet ut ex Bald. d. verb. aduocatus ad causam propositum probat Burgens. d. nu. 259. inquiens quod cum lex spoliatis faueat, aliud ut sanam aduocatus habeat conscientiam expendere non oportet.

9. Exemplum aliud causae iustæ secundum ius fori, sed iure poli iniustæ erit, cu de debito legitimè constat, de solutione vero, quæ vere præcessit, documēta nulla, nec probationes adsunt, cuius tamen conscius est aduocatus vel per confessionem ipsius qui debitum in iudicio petit legitimis documētis, vel aliunde certioratus: siue è contrario, cum pecunia vere mutuo data est, vel res commodata, cuius nulla probatio extat, & pro ea cōuenitus negat: his enim casibus, si ius fori spectamus, certa est victoria, in primo

pro agente, in secundo pro conuento, cum secundum allegata, & probata sententia iuste ferenda sit: & tamen iure poli contumaciam obtinet, quod ius in his casibus attendere debet aduocatus, ne dum in causa initio, & ante susceptionem illius, ut ab ea al. stinet, sed ut & suscepitiam deserat constituto sibi de veritate, tametsi inopia probationis aduersarium laborare pro cōcepto habeat, ita ut desperata pro ea causæ victoria sit, etenim hi, & similes alij his casus, multum distant à præcedētibus, in quibus qui agit, præsideo legis munitus agit in his vero sine legge contēdit, nulla enim est lex quæ permittat, debitū ritē ex foliū repetere, deficiente solutionis probatione imsecundum leges, solutione eius quod debetur, tollit omnes obligatio, princip. instit. quib. mod. tollit obligat, nulla item lex, quæ permittat, pecunia mutuatæ, aut rei cōmodatæ, propter probationum inopiam actionem non dari, cū potius secun-

secundūm leges, rerum ip-  
satūm interuentu contrahi-  
tur obligatio, vnde oritur  
actio: atque ita, in his, & simi-  
libus casib[us] verē non defi-  
cit ius in aduersatio, sed pro-  
batio, & ideo, qui de rei ve-  
ritate conscientius contendit,  
tam clientulus, quām patro-  
nus de hoc non ignarus, in  
iustam souet causam, à qua  
debeat omnino se abstine-  
re: & in his speciebus probat  
Burgens. d. proœm. nu. 265.  
versicul. præterea, vbi per  
eum de conscientia legis, &  
hominis, quā magis debeat  
sequi aduocatus

10. Et non obstat, quod  
secundūm in actis deducta  
sententia iuste ferri debeat,  
ad eo vt, et si iudici de verita-  
te in contrarium aliunde  
constet, in propositis specie-  
bus, debeat nihilominus se-  
cundūm allegata, & proba-  
ta causam decernere pro eo  
qui petit, quod sibi non de-  
betur, aut qui, quod verē  
debet, reddere renuit: ex  
quo videbatur, in aduocato  
idem fore probandum, vt  
secundūm in actis deducta,  
& probata pro parte sua po-

stulare ei liceat, quanvis ali-  
ende de veritate in contra-  
rium conscientius sibi sit, sicut  
potest, & debet iudex, secun-  
dūm allegata, & probata iu-  
dicare, quanvis veritas in  
contrarium illi aliunde in-  
notescat vt priuato, & non  
vt iudici, iuxta l. illicitas §.  
veritas ff. de offic. præsid.  
vbi tradunt gloss & scribēt.  
& in l. vnic. C. vt quæ desūt  
aduocat part. iud. suppleat,  
quod apud nos lege Regia  
cautum expresse est ord. lib.  
3. titul. 66. in princip. Cano-  
nistæ in c. 1. de offic. ordin. &  
in c. pastoralis §. quia verō  
de offic. delegat Clat. in pra-  
et. criminal. quæst. 8. num.  
final. versicul. sed pone &  
quæst. 66. n. 2. Card. Tusch.  
practicar. conclus. iur rom.  
4 conclus. 398. liter. 1. &  
multis comprobat Couar.  
lib. 1. variat. resolut. c. 1. ex  
num. 4. vbi num. 5. pluribus  
pro hac sententia citatis fre-  
quentiori etiam Theologo-  
rum calculo eam esse pro-  
batam, ait ex alijs quos re-  
fert: & ultra c. rat. s ab eo  
eandem tenet specul. lib. 2.  
titul. de sententia §. qualiter,

Director aducat, & de preuileg. eor.

num. i. ubi ponit casum de quodam, quem Potestas Bononiens. stans ad fenestram vidit hominem occidere: & quia ille homicidium a se commissum negabat, nec aderant probationes, quæstiōni eum subiçere voluit ad eruendam veritatem, & ait specul. quod Azo. Hofiens & Accursi cōsulti responderunt, quod hoc facere non poterat, per d. §. veritas: eiusdem casus meminit Paul. consil. 299. Visa inquisitione, num 8. vol. 2. ubi inquit, quod per Doctor Bononiens. consultum fuit, quod ille, quem potestas vidit alterum occidere, debet absoluī, sicoram eo tanquam coram iudice homicidium confessus non est, nec per testes legitimè probabatur; idem probant alij quos refert & sequitur Co- uar. d. c. 1. num. 8. in princip. Clar. locis supra citatis; Tusch. d. conclus. 398. nu. II. de quo idem Paul. in l. 2. ff. de in litem iurand. & Ias. ibi num. 8. casum aliū magis dubitabilem ponit, videli- cēt, si iudex vidit, quod Se-

ius occidit Caium, & in ac- tis probatur contra sempro niū, ita ut tormentis subiçti debeat, qui tormentorum metu se occidisse cōfiteretur, & ratificat, & posse eum iu- dicem absque peccato con- demnare, est communis sen- tentia, ut ex Imol. Clem. pastoralis §. quia verb. num. 49 de offic. deleg. & in c. 1. num. 13. versicul. si autem timeret, de offic. ordin. re- fert clar. d. quæst. 66. nu. 2. versicul. sic etiam, si iudex, & illo citato Tusch. d. con- clus. 398. num. 12. In hoc ta- men casu, ait Ias. d. num. 8. quod Theologi & Canoni- stæ discordat, & ipse in illo saniorem dicit videri illam sententiam, quod iudex fa- ciat se ab officio remoueri, & alio subrogato iudice in- testem interrogati: Qua ta- men sententia in casu pro- posito non satis consultum videtur, si nulla alia contra eum, qui homicidium com- misit, probatio extet, quam singulare unius hominis te- stimonium: id enim ad ab- solutionem illius, qui de cri- mine in actis conuictus le- gitimè

g'it'mē est, sufficiens non e-  
rit: & ad cōdemnationem  
alterius qui vcrē deliquit,  
multō minus valebit: quia  
vnius testimonio nō statut  
in iudicio etiām si p̄eclaræ  
curiæ honore p̄afultegeat l.  
int̄isurand C. de testib. cap.  
licet vniuersis extra eodem  
titul. Alij vero dicūt, quod  
potest index hoc casu insta-  
re apud principem, aut su-  
periorem, vt ipse exonere-  
tur ab huiusmodi iudicio,  
& causa alteri delegatur, vel  
ipse deleget, & ita estē com-  
munem sententiā ex Imol.  
d §. quia v̄iō num 49. in  
fin. tradit Clat. d. quæst. 66.  
num. 2. ad fin. Tusch. d.  
conclus. 398. num. 13. Sed  
multō minus sic innocentī  
prouideretur.

ii. Quare, si talis occur-  
rat casus, ne pereat scienter  
innocens falso coniustus  
consulte magis iudicem fat-  
cere, reor, si principē adeas,  
qui, secundūm quod indici,  
pro probitate atque existi-  
matione illius, credendum,  
in animuti suum duxerit,  
causam terminari, iubeat,  
circā cum quem acta danni,

nant, spreta probatione il-  
lorum: hoc enim supremo  
principi licere debet, qui  
propter personæ dignitas  
quæ sux eminentiam actis  
non est astrictus, sed secun-  
dum propriam priuatamq;  
suam conscientiam iudica-  
re ei licet, limitata in eo cō  
muni sententia, & conclusio  
ne tex. d. l. illicitas § veri-  
tas. vt tradit Cyn. in l. vnic.  
col. 2. versicul. pro hac quæ  
stione, C. vt quæ desunt ad  
uocat. & Bait. ibi in fin. vbi  
ait, quod Papa, vel Impera-  
tor, vel alius dominus cuius  
dictum pro lege habetur in  
territorio suo, secundūm  
conscientiam suam iudica-  
re debet, & altas peccaret,  
& subdit, quod ita dicunt  
Theologi. Ias. in d. l. 2. in  
fin ff. de in lit. iut. vbi scrip-  
sit, quod Papa, & Impera-  
tor, cūm sint supra legem,  
debent iudicare, secundūm  
quod Deus iudicaturus es-  
set, allegat Bald. in l. final. in  
princip. C. de iure delibe-  
rand. vbi nu penult. hoc di-  
xit de Theologis in foro pæ-  
nitentiali, Conar d. lib. i.e.  
i. num. 7. ad fin. Menoch.

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

responf. 2. causæ Finariens.  
att. 2. num. 7. & alijs citatis  
Mastrill. de magistratib. 1.  
part. lib. 3. c. 4. num. 40. cum  
sequentib. idquè lege nos-  
tra expressum habemus in  
ord. d. titul. 66. in princip.  
cum itaque princeps secun-  
dum propriam conscientiā  
iudicare possit, ac debeat,  
propter personæ suæ excel-  
lentiam cui hoc credi de-  
buit, & quia supra legem est  
ut inquit Doctor. & ord.  
nostra loco citato, non abs-  
re erit in casu proposito ab  
soluere cum, tametsi acta il-  
lum condemnent, quē pro  
innocente habet habita si-  
de iudicii viro bono, quasi  
sic princeps ipse iudicaret  
vix sic secundum propriam  
conscientiam, viri probi cō-  
scientia sibi patefacta in for-  
matam quantum ad id satis-  
est. Et hoc quidem, ut in-  
nocens absoluatur, ad con-  
demnationem vero illius,  
quem iudex de criminis cō-  
misso defecit, se tanquam  
priuato vidente, non satis-  
erit apud principem eius-  
modi notio; esset enim testi-  
monio unius, hominem dā-

nare iure diuino repugnāte  
quod supra principem est.  
Quinimō, nec debere prin-  
cipem condemnare reum,  
quem priuatim ipse verē-  
scit deliquisse, acta tamen  
nocentem non probant, te-  
net Conat. d. c. 1. num. 7. in  
fin subdens tamen, nisi de-  
lictum ita atroc, ac perni-  
ciosum esset, ut maximē cō-  
ueniret reipublicæ, eius au-  
horem publicè puniri, se-  
quitur Malienz in Dialog.  
relator. 3. part. 1. c. 42 na 3.  
Morl in empor. iur. 1. p. ti-  
tul. 2. quæst. 2. num final.  
Mastrill. d. c. 4. nu. 46.  
12. Non inquam, obstat  
quod in iudice traditū ex-  
tat, quóminus abstinere so-  
debeat aduocatus conscius  
de veritate secundum pro-  
priam conscientiā: est enim  
inter iudicem, & aduoca-  
tum manifesta differentiæ  
ratio, quia iudicis officium  
authoritate, & utilitate pu-  
plicum est; & ideo in illo  
iudex agere debet, secun-  
dum quod exigit publicum  
ipsum ius: exigit vero ius  
publicum, ut non exemplis  
sed legibus iudicetur. I. ne-  
mo

mo index C. de sentent. & interlocut omn. iudic. Porro, si legibus est iudicandū, secundūm allegata & probata ferenda est sententia, id namq; leges proclaimant. at vero aduocati officium, auctoritate quidem publicum est, utilitate vero priuatum, ut supra tradidimus cap. 5. nimium ergo, si quādo munus agit quod utilitate priuatum est, secundūm priuatae sui ipsius dictam n conscientiæ agere in illo se debet. Deinde iudicis officium necessarium est, à quo absque legitima recusationis causa abstinere se non debet, & ideo, cum iudicare necesse habeat, secundūm allegata, & probata causam decidere debet, & non secundūm quod vi priuatus nouit, cui ut priuato iudicandi munus princeps non creditit, ac vero aduocatus non tenetur iniustæ causæ patrocinij suū impendere, sed ab ea omnino debet abstinere quod facile potest, ut pro ratione differentiæ in proposito considerat Burgens. in proximis

leg Taut. num. 269. inter iudicem, & aduocatum; iniusta autem apud eum est, non solum quam legibus, sed etiam quam propria conscientia non ignara facti, iniustum esse, agnoscit: ab illa ergo abstinere debet qui iniustæ patrocinari nō vult.

13. Sequens questio est de illo qui iuste conuenitur, quia vere debet quod ab eo in iudicio exigitur, sed quia fori privilegium habet, illo vii vult obiecta declinatoria exceptione: In qua questione resolutiū dicendum est, quod si conuentus damnū aliquod patiatur in iure suo, nō declinatio iudice, verbi gratia quia clericus est, & coram iudice laico conuenitur, vel fori index suspectus est, & si consentiat in illam, quamvis non ad aliud, quam ut debitum pro quo conuenitur coram eo constitutus, non poterit postea in causis eundem excepta in causa suspcionis causa refutata, in casu isto, aut alio simili, fori exceptionem obiecere poterit aduocatus nomi-

## Director aduocat. & de priuileg. eor.

nomine illius. si v. 10 nul'ū iuris sui detrimentum conuentus patiatur , excipere non poterit: quanvis enim exceptio ipsa in se iusta sit, tamen quando non aliud illa prætenditur, quam ius. tam debit exactionē difforre, ad finem iniustum exceptio obijicitur , & medio iusto non excusatur, qui ad finem malum, & iniustum illo ytitur, vt in proposito tradit Caietan. in summ. verb. aduocatus circa init. Medina Salmanticens. in instructor.confessar. cap. 16. §. 4. circa initium, cum quo eo citato transit Gutierr. practicar. lib. 1. quest. 29. num. 1.

14. Per contrarium quæ ritur, an liceat patrono iustum causam defendanti, moratorijs iniustisquè exceptionibus, & cauillationibus vti differendæ litis causa, atque ad cludendas aduersarij cauillationes, & technas Gloss. in c. cupientes verb. malignarium, de elect. lib. 6. affirmatiue tenet; at enim quod qui habet ius in principali, cauillationes, &

malicias aduersarij potest per alias repellere, nec vide tur fraudem facere qui fraudem excludit. 1. cùm pater §. titio, in fin. ff. delegat. 2. idem tenet gloss. in c. Domini nus, verb. ex insidijs 23. q. 2. vbi ait, quod si aduocatus habet iustum causam licite decipere aduersarium suum tradit Sylvest in summa verb. aduocatus nu. 6. Tiraquel. de utroq; retract. in præfac. num. 70. vbi alios citat, & pluribus citatis Conuar. lib. 1. variar. c. 2. num. 1. vbi latè prosequitur, Perez p. 2. tit. 19. lib. 2. ordin. in gloss. magna col. 1. vers. sic. sed dubitatur Burg. de Pace d. proæm. leg. Taur. nu. 271. Alphons. de Azeued. l. 2. n. 7. titul. 16. lib. nouæ recopilat post eos Bouadill. in politic lib. 3. c. 14. num. 64. in fin. tom. 2. & est communis Theologorum assertio.

15. Quam tamen sic accipiunt omnes, vt absque mendacio & falsitate liceat aduocato iustum causam tueri cauillationibus vti, de quo D. Thom. 2. 2. quest. 71 art. 3. in fin. Aduocato, inquit, iustum

iustam causam defendere licet  
prudenter occultare ea quibus  
impedire posset processus. erit,  
non autem licet ei aliqua falsi-  
tate vti; Et in duce belli idē  
docet quā st. 40. art. 3. & pro-  
bant omnes, quia mentiri  
nunquam licet, nec pro sa-  
lute hominis, nec pro totius  
reipublicæ utilitate, cūm sic  
intrinsič ē malum, c. ne quis  
& c. faciat homo 2. 2. qua st.  
2. atque ita, nec pars nec ad  
uocatus quantunvis iustæ  
causæ defensor sit, poterit  
mendacio vti ad victoriā  
illius absque peccato, erit ta-  
men in casu isto mendaciū  
etiam in iudicio prolatum,  
non plusquam veniale pec-  
catum, domodd sine iura  
mento proferatur, si enim  
cum iuramento sit, mortale  
semper erit, à quo nec ius  
in causa, nec patuitas mate-  
riæ excusat propter iuramē-  
ti religionē, & ita post alios  
tepet Couar. d cap. 2. nu 2.  
in fin. Emman. Rodrig. in  
su n. m. o. 2. conclus. 5. part.  
1. Cauendum itaque à mé  
dacio semper est, etiam si  
illo vti, necesse esset ad iustæ  
causæ defensionem, & mul-

cō magis abstinere se quis-  
que ab illo debet in articu-  
lis ad testium interrogatio-  
nē formatis quo calu mor-  
talis peccati reus erit aduo-  
catus quantunvis iustæ cau-  
sæ patronus sit & non inter  
ipse; quid enim aliud est,  
mendacem astrueire articu-  
lum super quo testes praſti-  
to iuramento sint interrogan-  
gandi, quam per iuriū, aut  
per iuriorum multorū p̄a-  
bete scandalum? Va auie  
homini illi per quem scanda-  
lū venu, Mat. h. 18.

16. Præcedentem autem  
communem sententiam,  
quæ aduocato iustam cau-  
sam tuenti, cauillationibus,  
& calumniosis exceptioni-  
bus, absq̄e mendaciō tamē  
& falsitate, vti permittit, re-  
stringit Couar. d. o. 2. num. 1.  
versicul. quorum pauci, ut  
procedat casu, quo aduoca-  
tus his vti necessarium esse  
duxerit, ad alterius cauilla-  
tiones eute effugiendas, vel  
victoriā in lite consequen-  
dam. Ego quidem, primō,  
communem sententiā non  
ita large accipio, ut existi-  
mē, licere aduocato, cauilla-

# Director aduocat. & de preuileg. eor.

tionibus, moretorijsque exceptionibus uti in quacunque causa, quam iustum arbitratus patrocinio suo theatur; si enim hoc diceremus, latam calumniarum, atque procrastinandarum litium ansam præberemus, quod absit, cum ergo cum communī dicimus, licere aduocato iusta causā defendenti, talibus uti, de causa ita iusta intelligimus, ut iustitia illius dubia non sit, sed certa, & constans doctorum iudicio.

17. Sanc enim in proposito duo iustæ causæ casus, seu gradus cōsiderādi, unus quando causa ita ex parte vna iusta est, ut absque cōtrouersia non sit propter varias doctorum sententias & peritorum iudicio contraria quoque pars probabiliiter teneti possit, quo casu utriusque partis aduocati iuste patrocinantur; potest enim causa dubia licet ac conscientia tuta defendi secundūm Thelogos ut tradidit Burg de Pace in proæm. leg. Taut. num 399. cum sequentib. vbi late prosequitur, & ait, quod nullum ad-

ue s̄x sententia in scriptis ad stipulari adiuuerit, & si studiose, instanterq. quæ sievit, & ex Innoc alij in c. ne initatis de constitution. & in cap pertuas de simon. & alijs tradit Dec. in Apolog. pro Iutes prudent c. 22. de offici cōsulentis. n. 15. qui n. sequenti subdit hoc casu sequendā fote magis receptā opinionē & si non aparet cōmunior poterit eam sequi debere cōsulentem, in quā magis inclinat eius cōscientia, & pro qua ipse iudicaret, & num. 17. ait, quod infuscipienda causis etiam iustis neque debet esse nimis facilis, ut M. Antonius, neq; morosior, & durior, ut Crassus, sienim in veroq; peccabat, ut monet Tull. in Oratione: & relato Burg. loco citat atque etil Ioan. Goticus. qui illum retulit, pratic. quæst tom 1. lib. 1. quæst 26. nu. 2. causam dubiam posse licet defendi, ex Theologorum sententia et tradidit Bonaventuræ politie. lib. 3. c. 14 n. 71. ad fin tom. 2. & esse cōmunē ac certam conclusiōne dixit Villalob. in sua m. tract.

tract. i. difficultate i4. conc.  
 2. & ex vñanimi thomistarū  
 placito Petr. de Ledesma. in  
 sūm. 2. p tract. 8.c. 16. conc.  
 6. dubitat. i. qui dubitat. se-  
 quēti post Emman. Rod. in  
 sum. i. part. c. 2. conclus.  
 2. & alios idem probat etiā  
 ad minus probabilem causā  
 dommodō clientulum de-  
 huc admonet patronus;  
 præter quām si causa grauis  
 sit, & multō magis, si crimi-  
 nalis, in qua docent, auctore  
 minus probabilem causam  
 sectantem aduersus reum  
 probabiliori inharentem,  
 non posse ab aduocato sine  
 peccato iuuari; de quo Em-  
 man. d.c. 2. conclus. 3. Villa-  
 lob. loco citato conclus. 4.  
 Ledesma. loco citato dubit.  
 3. vbi ex communithomis-  
 tatum hoc tradit. & cū Sot.  
 de iustit. & iure lib. 5. quæst.  
 7. art. 5. ita distinguente tra-  
 dunt. Burg. loco citato, nu.  
 421. Gutierr. d lib. 1. quæst.  
 27 num 1. qui tamen cum  
 Sec. ipso fatentur, periculo-  
 sum esse, causā minus pro-  
 babilem tutari. In prædic-  
 to, itaque, causæ iustæ casu,  
 seu gradu ita aduocato pa-

trocinium suum impende-  
 re licet, vt à calumniosis se  
 abstineat exceptionibus nā  
 cum in casu isto aduersa  
 quoq; par iustē litiget, ca-  
 lumniosis exceptionibus ius  
 qued habet ad causæ pro-  
 secutionē interuertere, aut  
 etiam iudiciale illius ter-  
 minationem differre, vltra  
 quā leges sinūt, nō licet ad-  
 uersario, nec patrono illius.

Alter casus, seu iustæ cau-  
 sæ gradus est, quando de  
 iustitia illius certò constat,  
 ita vt pars aduersa nec ra-  
 tione, nec autoritate mu-  
 nita litem instauret, & in is-  
 to casu communis sententia  
 de qua supra est accipien-  
 da, vt nempe, in illo con-  
 scientia tuta possit aduoca-  
 tus cauillosas & moratoriis  
 obijcere exceptiones, absq;  
 mendacio tamen & falsita-  
 te, vt traditum est supra; id-  
 qué non tantum, quando  
 sic expediat ad cuiadas ad-  
 uersarij cauillationes, aut  
 ad victoriam in lite conse-  
 quendam, vt accipit Couar.  
 d. lib. 1.c. 2. nu. 1. sed etiam  
 si ad causæ victoriam eius-  
 modi exceptiones nullate.

# Director aduocat. & de preuileg. eor.

nus conductant, nec quicquam aliud, quā n̄ lītē, seu lītis decisionem retardare, & impedire, illis intendat aduocatus illis vt poterit, & quanvis eo animo vtatur, vt aduersariis diuturnæ lītis tādio vexatus causam deserat, etenim, quāvis caūsæ victoria certa sit attenta iuris dispositione, expedit tamē, eam lītis euentui nō exponere, qui dubius est etiam in bona causa l. quod debet ut ff d. debetur ff. decul. Vnde aduocatum monet specul titul de aduocato §. n̄ inc tractemus nu 9. versicul. caueat autem , vt caūsæ victoriā clienti lo non reprobmittat, sicut faciunt, inquit, medici superbē salutem pollicitates cap. quoniam, versicul. & sicut 88. distinct. & quia de duce bellit ad aduocatū argumētatur Couar loco citat. nos quopue pro hoc quod dicimus de exceptione opposita in causa iusta solius dif- ferendæ lītis animo & intui tu argumētari possumus de illo Romani exercitus du ce Q. Fabio Maximo, qui

Enni eatmine laudatur, nō quia p̄æliando, sed quia cunctando restituit rem, ait enim relatus à Tullio in lib. de senectute.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem;  
Non ponebat enim rumores an se salutem.

18. Quia verò non semel diximus in quæstione p̄æcedente, aduocato nunquā licete, mendacio, aut falsitate vti, & si adjūstæ caūsæ vi-ctoriam vti velit, ex hoc re-solutut quæstio de casu apud nos frequentissimo, qui est de mendacio aserto ad impetrandā securitatis char tam, quæ expeditur, vt is, qui lūmatio p̄æmissio exa mine & absque citatione illius, de criminē culpatur, ex quo secundūm leges pa trias capiendus statim sit, & in carcerem mittendus ad finalem usq; ac plenariam caūsæ cognitionem non capiat, sed è carcerebus li ber innocentem se plenario iudicio decere possit. non tamen eiusmodi decreta, ab his,

his, quibus ius rei potestas est, expediuntur, nisi impe-  
trans aut crimen sibi impo-  
situm neget propriæ defen-  
sionis causa commisso af-  
firmet: sæpissime vero con-  
tingit, ut qui huius rei causa  
aduocatū conuenit, proprio  
ore se de delicti aggressori ē  
fuisse, profiteatur, quo cog-  
nito non posse aduocatum  
mendacio vti ad impetrān-  
dum decretum, ex supradi.  
Et si constat: nam, si ad im-  
petrandam victoriā in cau-  
sa iusta, illo vti nequit, mul-  
to minus vti poterit ad im-  
petrandam carceris exēp-  
tionem delinquenti, quam  
lex, atque iudex minister il-  
lius, aggressori delicti negat.  
Additur, quod et si aduoca-  
tus in causa principali pro-  
delinquentे patrocinium  
ferre possit, nō tamen cum  
mendacio ferre, illi licet, ut  
ad homicide causā, in qua  
de vita hominis agitur pro-  
bat Burgens in præmisleg.  
Taur. nu. 270. quod condu-  
cit ad casum nostrum

19. Tota vero dubitatio  
in casu isto erit de qualita-  
te peccati, an scilicet venia

le solummodo sit, an morta-  
le, nam & in iudicio aliquā-  
do simplex mendacium nō  
plusquam veniale peccatiū  
efficit propter materiæ par-  
uitatem, & ad præcedentis  
quæstionis casum cum alijs  
tradidimus sup. pendet ergo  
præsentis casus resolutio  
à paruitate delicti, aut graui-  
tate, super quo pars, à car-  
ceribus securū interim redi-  
di contendit, & quanvis vi-  
deatur, materiæ paruitatem  
considerati nō posse in cri-  
mine, pro que lex statim de-  
linquentem capi, & incarce-  
rem detruidi, præcipit, solo  
sumatio examine præmisso  
antequām super eo pars au-  
diatur, ut ita mendaciū ad  
eludendam iuste legis san-  
ctionem, tāquām in re gra-  
ui dictum, mortale peccatiū  
secum semper incoluat, cō-  
trarium tamen dicendum  
est, quia quod delinquens  
ab initio capiatur, & in car-  
cerem detrudatur, non pæ-  
næ causa à lge stabilitum  
esse, credere debemus; si  
enim pænæ causa stabilitū  
id esset, sequestetur quod an-  
te sententiam, & ante partē

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

auditam, scus pro dilecto puniretur, & ab executione pœnæ contra eum incipere tur, antequam condemnaretur, & etiam antequam defensionis facultas illi datur: quod nulum ius patitur.

20. Dicendum est ergo, carceris destructionem in casu isto, non pœnæ, sed custodie causa à lege inductam fuisse, iuxta ipsius carceris primuam originem, qui non ad puniendos, sed ad custodiendos homines inventus est, si Vlpiano creditus in l. aut damnum sibi solent ss. de pœn. Carcer, ait, ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet, bonus tex. in l. l. C. de custod. reor. ibi, ut excruciatio desit, & permaneat sub fida custodia, ubi glossa notat, & constat ex definitione illius, quam tradit Bald. tract. de carcere lib. c. 1. num. 2. ubi definit, & ex eo Sebastian Medit. tra. Stat. de definitionib. 2. part. definition. 30. num. 3. dicens quod carcer est locus securus, horribilis, repertus non ad pœnam, sed ad delinquen-

tium, vel debitorum custodiam: & hoc secundum ius ciuile, Pontificio namque iure etiam ad pœnam deputatus est carcer, ut tradit Bald. d. num. 2. per tex. in c. quanvis de pœn. lib. 6 quam differentiam inter utrumq; probat idem tex. & tradit Hieronym. Zanetin, de different. iuris ciuil. & canon. differentia 62. quam posuit sub num. 160. Simanch. de cathol. institut. titul. 16. nu. 14. & sequenti, ubi rationem assignat, Conrad. Brun. de hæret. lib. 5. c. 12. nu. 2. & 4. cum itaque carcer non pœnæ delicti, sed custodie delinquentis causa sit institutus, quod & ipsius verbi etymologia indicat, carcer enim, secundum Varion. lib. 4. de lingua latina, à coercendo dicitur, quia in eum coegeri exire prohibentur, si pœna delicti talis sit, quæ reum de illo accusatum, & conuictum, de fuga suspectum non efficiat quominus executio in eo fieri possit secundum iudicis sententiam, materia ad casum de quo agitur, quæ est de solo saluo

conducto obtinendo, quo securus à carcere sensu audiatur circa d. litem sibi impositum, leuis erit a stimanda, ut ita simplex in illa mendacium materia parvitas à lethali crimen excusat, manens sub venialis reatu, alioquin, si pæna delicti eiusmodi sit, quæ illi obnoxium, si ante sententiam nō capiatur, de foga suspectum reddat, mendacium tanquam ex re graui scienter dictum à lethali non excusabit, ultra restitutionis onus, si dānum quodvis pars offensa inde sustineat.

21. Prædictis, itaque, manet expeditum, aduocatum ab omni mendacio in ministeris sui ministerio abstinerre debere. Nec unquam licet clientulum suum instruere in facti responsionibus contra veritatem, ut tradidit Alberic. in proem. Codicis num. 17. gloss. in cap. 1. de confess. lib. 6. quam singulariter & à Doctorib. ibi. secutam dicit Perez lib. 2. ordin. titul. 19. l. 1. in gloss. a. quæst. 3. in fin. Azeued. l. 2. num. 7. tit. 16. lib. 2. recopil.

& alijs citat Barbos ad ord. Reg. lib. 1. titul. 48. §. 15. & alias incidit in senatus Consultum libonianum, de quo mentio sit in rubr. ff. ad leg. Cornel. de fals. & de senat. consult. Libonian. secundum specul. titul. de aduocato §. utriusque partis num. 6. & qui clientulo consuht, ut instrumenta falsa producat, aut testes falsos, tali pæna tenetur, l. falsi pæna ff ad leg. Cornel. de fals. tradit Azeued. d. titul. 16 l. 3. numer. 4. & l. 2. num. 6. Vnde Cacialup. tractat. de aduocat. quæst. 4. numer. 13. Veh illis, dicit qui clientulo suadent, qualiter respondeat articulis positionibus, seu interrogacionibus aduersæ partis, contra veritatem, ut obtineant in causa, subditque quod bonus, & prudens aduocatus debet dicere clientulo suo, si sic respondebis, perdes causam, si aliter, & contra veritatem, perdes animam; sanè semper hic sanctus est, sed cautè praticandus, ita ut non omni clientulo & absque delictu manifestandus semper sit; quid enim

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

enim si talis est, qui de lu-  
cro eorum, quæ mudi sunt,  
magis solicitus apparet,  
quam de animæ suæ salute?  
Huic certè non expedīt di-  
cere, quod si contra verita-  
tem respondeant, causam  
lucrabitur cum animæ suæ  
detrimento; bonus ergo &  
prudens aduocatus timora-  
to dicat, si sic respondebis per  
des causam, si contra veritatem,  
perdes animam, alij vero, quos  
nouerit, querere quæ mudi  
sunt animæ suæ oblitos, ab-  
solutæ & animosæ dicat, mé-  
tiri iudici, fas nūquam esse,  
nec pro maioris causæ vic-  
toria, & commodo, quando  
illa inde pēdeat, quid enim  
prodest homini si vniuersum  
mundum lucretur, animæ  
vero suæ detrimentum pa-  
tiatur? Matth. c. 16.

22. Dubitari rursus potest  
an licet aduocato, proces-  
sum ante legis terminum à  
se expeditum, ad præfinitū  
vsque terminum apud se re-  
tinera, cum nullum inde  
clientulo suo commodum  
sequatur, & aduersarius in  
oīdamnum aliquod extrin-  
secum patiatur, videlicet,

quia in loco iudicij, maio-  
res sumptus facit in alio do-  
micilium habens. In qua  
quæstione resolutiū dico,  
quod contra institiam non  
peccat aduocatus in casu  
proposito; quia aduersarius  
iustè non exigit, exhiberi  
processum ante legis termi-  
num; atque ita aduocatus  
interim non exhibens, iniu-  
stè non facit; peccat vero  
contra charitatem, quæ exi-  
git, ut faciamus quod nobis  
non nocet, & prodest alteri.  
Sed et à peccato isto excu-  
sandus erit, si clientulus il-  
lius residuo termini spatio  
frui velit post expeditū pro-  
cessum: non poterit enim  
aduocatus in iure suo  
fraudare, quod ad totum  
legis terminum illi com-  
petit.

23. Diuersa ratio est ter-  
minorum, qui minoribus  
in iudicio restitutioñis au-  
xilio duplicantur: his enim,  
quia restitutioñis beneficium  
minoribus non competit,  
nisi cum læsi reperiuntur, l.  
nam & posterij. si minorib.  
de iure iurand. cū adductis  
per Cald. in l. si curatorem  
veib.

verb. sua facilitate C. de integr. restitut. minor. aduocato vti non licebit, expedito processu intermino ordinatio quācum res exigit; & si alium deinceps terminū restitutionis auxilio imploret, iniuste postulat quia restitutionis auxilium implorat ad actum, in quo minor laesus non reperitur; contra iusticiam ergo in casu isto peccatum illius erit; quod restitutionis obligationem damni, si quod inde aduersa ius patiatur secum inuoluit.

24 Ultimo peccat aduocatus cum restitutionis gravamine acta processus ultra terminos à lege statutos retardando absque legitima causa: & si id ita agat tam suο clientulo, quām aduersario in uito, in utrumq; peccat & utriusque ad damnū inde passo tenetur, sicut quando sine causa, retinendā danda litis causa calumniosas obiecit exceptiones; quod malum magnum est, & perniciosum valde, quod non solum diuturnioris litis dampnum secum portat / graue

vtique dampnum) sed & ipsius causæ dampnum asserre, aptum natum sit, dum pars aduersa, quæ iustam fuisse sustinet causam, eam nequit ad finem usque sustinere, vel diuturnioris litis tedium, vel vexatione calunia tamen ac sumptuum dispensio attritus. Ex quo litium ambages, moras, & circuitus viuu que ius detestatur; quod per contractū terminandis breviter licibus, & procuratis earum dilationibus ac technis prorsus exterminandis maxime inuigilat, bonique iudices, atque aduocati boni legem sequente in inidipsum inuigilare debent; qua de re latè post alios Bonadill politior. lib. 3. c. 14. nu. 77. tom. 2 Steph Gratia. disceptation. forens. c. 186. à nu 57. to. 1. Barbos. ad Ord. Reg. lib. 1. tit. 48. in init. n 7 25. Et hoc supposito intrat quæstio de aduocato, qui multis implicatus processibus propriet clientulorum multitudinem ad eum concurrentium omnibus superesse ita non potest, quanuis excubias multas obser-

# Director. aduocat. & de privileg. eor.

uet, & oleum multum insu-  
mat, ut statuis à legi termi-  
nis acta expedite, atque ex-  
hibere in iudicio possit, an  
scilicet, legitimum id p̄fē-  
ret impedimentum, quo à  
peccato, atq; à restitutione  
damni, si quod sequatur ex  
retardatione processus ultra  
legis terminum, excusatetur.  
In qua q̄estione cum dis-  
tinctione respondendū fore  
cēso, aut enim in foro aliij  
versantur aduocati idonei  
ad l̄tium expeditionē, quā  
tum res exigunt, quanvis tota-  
die, vel magna illius parte  
sint otiosi, quia non est qui  
conducat eos, vel in leco iu-  
dicij, aduocati aliij idonei  
non sunt; primo casu non  
excuso illum qui multitudi-  
ne processuum, ac clientulo-  
rum oppressus omnibus su-  
peresse nequit intra legi ter-  
minum: nam et si diligēs sit  
in munere sui ministerio,  
& p̄t negotiorū copia im-  
plete omnia statuto tem-  
po re non valuerit, vnde vide-  
batur excusandus, quasi per  
cum non stetisset, tamen ve-  
rius dicitur, impedimentum  
clientulorum turbagieſſi

ciscens, non esse legitimum  
vtpote, non necessario, sed  
volūtatiè proprij luci cau-  
sa assumptum, atque ita, per  
cum state, quomodo legis  
termino satisfacit, qui plu-  
ria suscipit negotia, quā qui-  
bus debito tempore super-  
esse ipse possit.

Vnde, non est ferendus  
qui cum alterius damno lo-  
cuplaret se ipsum cōtent-  
dit, nam id natura æquum  
non est, l. nam hoc natura-  
ff. de condit. indebit. Nec  
item excusandus erit, si di-  
cat, posse compelli à iudice  
ad suscipienda negotia ad  
quē pertinet, litigatoriis  
de aduocato prouidere l. I.  
§ initium, versic Ait p̄atc  
ff. de postuland. l prouid. n-  
dum, versic, si quis verò C.  
codem titul. refell. tur enim  
excusatio ista, primo, quia  
quaſtio non procedit in il-  
lo qui à iudice expulſus est,  
sed qui voluntarie plura sub-  
patrocinio suo negotia sus-  
cepit, quām q̄a intia legis  
terminis expedite valeat, si  
ue id ita eu[ni]t propter bo-  
nam de illo in populo pi-  
nient m, sive C. quod dete-  
rius

rius est, quodque nullā habet excusationem) clientulorum turba eum non querat, sed ipse certe quodam negotiationis genere, seu aetatis industria, illos potius querat, atque ad se sic conquisitos trahat. Respōdetur deinde iudicem non posse aduocatum cogere ad plura suscipienda negotia, quām quibus superesse possit debito tempore cum alijs eiuitate sint inter quos, quæ alijs superabundant, commode distribui possint; & si iudex aduocatum cogere in casu isto, iusta excusationis causam causidicus ipse haberet quam dum ractet volens, ac proprij causa suscipere, credendus erit quod ei non licet cum detimento alterius qui iule postulat in legis termino exhibeti processum: ex quo patet, peccatum in casu isto contra iustitiam esse, quod restitutionis onus secum trahit.

Denique, pro parte ista noua Benedicti constitutio que incip. Decens, & necessitatū aestimamus, cuius minimum Ioh. Andr. in addit.

addit. ad speculat. titu. de aduocato §. 1 n. 11. liter. i quæ inter alia de officio aduocatorum præcipit, ut curiæ ad uocati abstineant à multitudine causarum, ratio constitutionis ea esse videtur, ne pluribus intentus minor sit ad singula sensus: quod proprij clientuli damnum concernit: sive etiam ne ultra legis terminum acta processus retardetur, quod aduersarij, ac proprij etiam clientuli detrimentum secum fert aliquando, & nuncupatim, quod aduocatus, qui plura suscipit negotia tam si iusta sint, sicut medicus qui plures infirmos curandos suscipit, peccat mortaliter contra iustitiam, tradit Petr. de Ledesm. in summ. 2. part. tract. 8. c 26. conclus. 4. ubi ait, eum qui ita suscipere paratus sit, in statu peccati mortalis manere, & quod hoc alij docēt Authores. Quod sic in casu isto tenendum censeo ex una, aut altera ratione proxime adductis, aut etiā quia non ratio concurrent, ex utraque simul.

26. In altero verò casu, quando scilicet, in loco iudicij aduocatorum penuria est, ita ut non sint qui causas quæ alij expedire non possunt intra legis terminū propter multitudinem eorum, agere idoneē possint, dicendum erit, licet aduocato suscipere omnes patrocinio suo oblatas, tametsi ad expeditionem eorum, legi terminum transgredi, ne cesse habeat quia in casu isto legitime impeditus appareret multitudo causarum, nec quidem impedimentū voluntariè assumptum reputabitur, quod subire, necesse haberet, & à iudice compelli potest, cum non sint alij, quorum ministerio cōmitri possint, quæ suam superant. Cum autem causa hinc euenerit, eas causas in expeditione præponere, atque alijs præferre debet aduocatus, quarū morā maiores sumptus, & incommodi litigatoribus ferre, perspexerit. Haec de aduocato erga clientuli sui aduersarium. Consequenter nunc sequenti capit. dicendum

erit de aduocato erga aduersarij aduocatum.

## C A P. XI.

## S V M M A R I A.

1. Aduocati in uicem legibus, non probris certare debent.
2. & 3. An aduocatus unius partiis, ab altera rogatus de patrono cui causam suam cōmittat, cōsulere ei possit quē adeat patrocinij causa.
4. Aduocatus in causa criminali pro accusatore, pena sanguinis secuta irregularis efficitur.

*Et protestatio aduocati, quod panam sanguinis non intendit, ipsum non excusat, quāuis talis protestatio excuserit accusatorem, & differentie ratio assignatur, ibid.*

Irregularitas non contrahitur ex causare mota: qualē præstat quid docet de perito aduocato ad accusandum in causa criminali unde pena sanguinis secuta est; siē prælatus qui seculares iudices cōstituit ad decernendas causas criminales in terris sua iurisdictionis, d.nu.4, versicul. Nihilominus.

C A P.

## C A P V T . XI.

*De aduocato erga aduersarij aduocatum.*

**P**tronos causarū, pro sua vnumquē que parte strenuē legibus, ac legum argumen-  
tis adinuicem decertare, ho-  
norificum est & ē munere  
eorum: alienum vero ab il-  
lo est, acerbum valde, atque  
literatum professione prior  
sus indignum, à legibus ad  
probra venire, atque aliquā  
do etiam interacta proces-  
sus iniuriosis scriptis al-egu-  
trum constitutri. Quid dicā  
de hoc? Non aliud, quam  
inde iniuriarum nasci occa-  
sionem, vnde iura nasci o-  
potuerat, contra id quod  
habetur in l. meminerit C.  
vnde vi, tradit specul. titul.  
de aduocato. §. Iam nunc  
videndum, num. 3. vbi aduo-  
catos monet, ut nō probis,  
sed legibus content, & quod  
vnus alteri, nec parti illius  
contumeliam dicat, & si ali-  
quando probra obijcere ne-  
cessē sit, subdit in nu. sequē-

ti, quēd obijciat facta pro-  
testatione, quod talia non  
proponit iniuriandi ani-  
mo, sed iuris sui consuetu-  
di causa.

2. Aliquando, nec id raro,  
euenit, vt vtraque pars eun-  
dem a deat aduocatum pa-  
trocinij causa: quætitur mo-  
dò, an post priorem ad mis-  
sum, posteriorem eam ob  
causam rejectum amico suo  
commendare, ei licet? In  
qua quæstione, vt certa à  
dubijs separaremus dico pri-  
mó, quod si amicus ad pa-  
tronum in causa ferendum  
idoneus non est, vel parùm  
idoneus, non licet aduoca-  
to, ad eum patrocinij causa  
mittere aduersarivm clien-  
tuli sui istius rei ignarum:  
& qui contrariū fecerit pec-  
cat, & ad restitutionem dā-  
nit tenetur, si quod inde se-  
beat aduersarius quem im-  
re gravi fefellerit amicis gratia  
& propter lucrum illius, quod

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

ei non licuit cum iactura alterius. Certum item est, nō peccare aduocatum, qui ab aduersario rogatus de ijs qui in foro laudabilitet operam nauant, aliquos specialiter nominat ut alijs præstanciores qui vere ita sint, ē quibus ille præligat, cui causam suam defendendam cōmittat: nam in hac specie nec aduersarium falit, nec suscepsum clientulū iuste suo modo aliquo frau- dat: atque ita in neutrum peccat in casu isto.

3. Tota ergo dubitatio vera satur in casu, quo ab aduersario rogatus, aut etiam nō rogatus, ille certum aliquē nominat ē numero nobilis. Simorum ad cuius patrocinium rogantem se remittit. Et videtur, quod id non licet, quia euenire potest, ut ex eo deterior reddatur cliētuli sui conditio ad causę victoriā, ad quam magis expedit, sagitas parvulū experiri, quam tela gigantum. Rursus, quod per se facere non potest aduersus eum, quem sub patrocinio suo suscepit, nec per alium

potest: at vero, qui aduersarium illius instruit de sole te ac valde perito patrono, quem ad causę detentionē sibi eligat, facit, ut per hūc ipsum līsex parte illius melius ordinetur ad causę victoriā, quā si aduersarius litigaret sub patrono non ita etudico igitur: quemadmodum ille non potest aduersario loca iuris mani- strare ad causę suę instruc- tionem, ita etiam non potest cum remittere ad aliū, qui hoc & què bene faciat. Pro patte vero affirmativa facit, quia aduocatus, in eo quod aduersarium clientuli suū de patrono docet, quem cōcepta de eo opinio, ac metitum in foro cōmendat, nec commissę sibi causę secreta revelat, nec per se, aut per alium iuvat aduersariū in ijs quæ ad causę victoriā nouata sua subordinata sūt, nec denique, clientuli suī cōditionem detiorēm facit, quæ non pēdet ab eo, quod aduersarius præstantissimū habeat causę patronū, sed quod iusticiam ipse habeat in illa, habeatque pro se qui in licem

iudicem de illa edocere bene norit. Acque ita pars ista tenenda est, præsentim quia scipule sior nimis cōtraria apparet. Et ad funda-  
menta pro illa adductum respondeatur, ad primum, comissæ sibi causa condi-  
tio detinetur non efficitur, ut diximus, attenta rei na-  
tura, secundum quam cau-  
sa victoria pendet à iustitia ipsius. Ad secundum res-  
pondetur, quod aduocatus nec per se, nec per alium iuuat aduersariū, quia nec per se cum instruit de iure, aut facto quod ad causæ il-  
lius defensionem conductit, nec per alium, quia loca iu-  
ris, aut facti merita quibus cau-  
sa illius instrui cōuenit, alij non aperit, qui pro eo alleget, at verò nittere ad petitum qui loca ipsa non ignoret, nō est allegare per alterum in causa aduersarij, & remotum illud est à p̄-  
testatione aut illi, & consilij ad causæ victoriā idcirco culpandus de hoc nō erit, quod ad indagandā rei ve-  
ritatem magis pertinet, &  
ve illa partiū assertione pa-

tefacta, ius suum cuique tri-  
buatur.

4. Pulchra antem quæstio erit, an is qui alium accusa-  
re volentem in causa cri-  
minali, regatus, ab eo do-  
aduocato ad id idoneo,edo-  
cet petitum quoddam, ac in  
praxi criminalem causam  
bene expectum, irregularis  
efficiatur si ex accusatione,  
patrocinante illo quem ac-  
cusatori notum fecit, pena  
sanguinis secuta est. In qua  
quæstione pro parte affi-  
mativa facit, quia aduocatū  
ipsum in isto casu irregu-  
laritatis censuā incutire, non ambigitur, adeò ut, &  
præmissa protestatione p̄-  
nam sanguinis detrectante,  
nihilominus irregularis ma-  
nac p̄na sanguinis secuta;  
quod omnium consensus re-  
ceptum esse, tradit. Covar.  
idem secutus in clement. Si  
furiosus, de homicid. 2 part.  
§ 5 num. 5 Emman Rodan  
summ cap 169 conclus. 12:  
tom 1, quanuistalis prote-  
statio accusatorem ipsum  
excusat à pena irregulari-  
tatis, ut omnes agnoscent  
& differentia ratio est, quia  
aduo-

Director aduocat. & de priuileg. eor.

aduocatus alienum negotium gerit, idcirco protestatione non excusat, quæ tunc demum prodest accusatori, quando suam suorumque causam prosequitur: cū itaque in casu prædicto irregularitatatis consuta associatur, videtur, quod eam non euadat, qui accusare volenti, de aduocato prouidit cōsilio suo, docēs, sūnē ut ad accusandū idoneiorē eligere debuisset: videtur enim in hoc illum iuuasse ad pñnam sanguinis quam accusatione intendit, atque secuta est.

Nihilominus tamen contraria sententia tenēda om̄ino est, quia irregularitas contrahitur ex causa ad cōdemnationem propinqua, qualis repetitur in iudice qui accusatum vltimo supplicio damnat, & in aduocato, procuratore, teste, & notario quorum munus ministeriū at id ipsum immediatē tendit & subordinatur at verō, qui accusare volenti dicit quis sit in foro peritus aduocatus quem si. bi ad accusandum elligat

ille, accusatori non cooperatur, nec aduocato in accusatione ipsa, quam nec consilio, auxilio ve suo iuuat & si in eo quod aduocatum apud accusatorem laudavit demuneris peccitia, & experientia, causam quamlibet præstvit, remota illa valde est ad pñnam ex accusatione securam: id est qui talis præsticit, irregularitatis pñnam non incurrit: sicut non incurrit qui consultus de pñna criminis ab alio patrati; pñnam mortis, aut mutilationis membra esse, respondet, securi dum leges, quod omnes fatentur: quā item non incurrit prælatus, qui sacerdotes iudices constituit ad criminales causas decernendas in oppido suæ iurisdictionis, quanvis si ipse per se eadem viens iurisdictione sententiam diceret in causam sanguinis, efficeretur irregularis, ux. tex. in cap. final. ne cleric. vel monach. sacerdotal. negot se imnusc. tradit. Abb. in cap. penult. nu. 10. extra codem.

## C A P. XI.

## S V M M A R I A.

1. Traditur, qualem se vultu, gestu, & lingua exhibere debeat aduocatus, & quod iudicibus humano, & diuinno iure debitus est honor.
2. Debitus iudicii honor non offenditur per recusationem, aut appellacionem a sententia illius, quantumvis inter-

posita appellatio manifeste sit friuola, & frustratoria.

3. Appellans, & aduocatus illius ab inturiosis verbis in appellatione debet abstinere, & non reputatur iniuria, si dicatur, sententia iudicis in quam esse & iniustam.
4. 5 & 6. De iure Regio Lusitania in conuitatores iudicium tam circa rem ad minus earum pertinetem, quam illud non attingentem, ad intellectu ord. lib. 5. c. 50.

## C A P V T. XI.

## De aduocato erga iudicem.

**Q** Valiter aduocatus habere se debeat cum iudice, docet specul. titul. de aduocato §. H. e dicendum, ubi latè pro sequitur, monet vero ibidem n. 6. quod præcipue circa tria maturum se exhibeat, in vultu scilicet, in gestu, & in voce, debet enim vultu affabilem, benignum, & iucundum præbere se iudici, & astantibus, absque indiscretio tamen risu, gestu gra-

vem, benequē compositum lingua moderatum, ita ut loquacitatis notā omnino effugiat, nec vocem plus debito deprimat, aut exalteat. De his eleganter Lancellot polit. de offic. aduocat. § De eloquentia versicul. Nunc aduocatum, ubi sic ait, nunc aduocatū sobrie dicentem requireo, in affectato sermone, neq; composita facie de industria ut gravior apparcat, sed ut naturaliter se so-

S habuerit

# Director.aduocat.& de preuileg. eor.

habuerit, loquentem desidero. Non tamen illud excusetur, si prauo more confirmatur, gestu ac motu corporis ingratioso, atque immodesto fastidium create, si forsitan nimis fæde ora detorqueat, si nimis temere manus efficerat, ac digitos importunè erigat, si totū corpus indecorè iactaret, ac se aliter moueat, ut posius gesticulatè præsentes redeat quam audiant patrocinantem. Hic ille iudici verò ante omnia debitus honor seruandus est semper, tum ad benevolentiam ciuius promerendam, tum & maximè quia honor, & reverentia omni iure iudicibus debetur l. final. C. quando pro uocar, non est necesse, & ut debitus honor, ubi gloss & Scribb de appellat. & Abb. ibid. notab. i. ad idem dicit enim à Domino potestas eis, & virtus ab Altissimo, ut habetur Sapient. 6. & Princeps Apostolorum Epistol. i. c. 2. Subiecti igitur, inquit, estote omni humanae creature propter Dominum, sine ducibus, tanquam ab eo mis-

sis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; cui concinuit coapostolus cius Paul. ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus submioribus subdita sit: non est enim Potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatae sunt; itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Secundum quæ apparet, quod humano, & diuino iure honor iudicibus debetur.

2. Meminisse vero oportet, quod debitus illis honor, per appellationem non luditur, nec per recusationem sunt enim hæc remedia iuris, quibus utri licet parti, & aduocato illius; & qui iure suo utitur nemini facit iniuriam, ut dicit iuris regula; nec qui iure publico vitetur, videtur iniuriæ facienda, causa hoc facere l. iniuriarum actio §. 15. qui si de iniur & in appellatione loquens est tex, optimus in l. & in maioribus C. de appellatione. Nec enim, inquit, indicem oportet, iniuriam sibi fieri, existimare, eo quod litigator ad pronocationis auxiliū conueniat.

luit. Hoc tamen in superua  
cua appellatione non ita se  
habet illa, namque iniuria-  
ri iudicem probat tex. in l.  
final. in fin C. quand prouo-  
cat. non est necesse, quā sic  
cōcordat cū d.l. & in maiori-  
bus glossis utrobique, & ini-  
uriarum actione iudici te-  
neri, temere ab eo appellan-  
tem, ex Dec. & alijs in c. in-  
ter cætera, de appellatione  
tradit Ruginel. de appellat.  
§. 2. c. 4. num. 9. quod tamē  
Dec. d.c. inter cætera num. 1.  
versicul & ad supradicta, in  
appellatione manifeste fri-  
statoria & friuola admittit,  
quia in illa, inquit, videret  
appellans habere animum  
iniuriandi, ex quo sibi talis  
appellatio non prodest, ar-  
gum. tex. in l. si quis delibera-  
tate, & l. penult. ff. de iniur.  
Ego quidem ex frustatoria  
appellatione, quācunq; fri-  
uola manifeste, & notoriè  
illa sit, actionem iniuriatū  
orici, nullo modo probare  
possim; cum & in casu isto,  
non tam animo iniuriæ iu-  
dici inferendæ, quām diffe-  
rendæ litis causa, appellatio-  
nem interponi, probabilior

coniectura sit, quā & expe-  
rientia constat, Vnde iniuri-  
atum actio non nascitur,  
ex quo de iniuriādī animo  
non constat, vt cum Meno-  
ch. conf. 109. num. 1. tradit  
Lusitanus Noster Emmam.  
Barbosa ad leg. Regni in re-  
mission, ad ord. lib. 5. titul.  
50. §. 2.

3. Debet autem ab iniurio-  
sis verbis appellans, eiusque  
patronus abstinere, tametsi  
appellatio iusta sit, quia non  
habet prouocanti, canuitati  
ei à quo appellat, & alio-  
quin plectendus erit l. illud  
ff. de appellation. vbi Paul.  
l. iudici ff. de iniur. quem-  
admodum nec iudici, appellan-  
tem ab eo iniuriare, li-  
uet, vt tradit gloss in d.l. il-  
lud, vbi Paul tradit, quod in  
isto casu arbitrio ipsius iu-  
dicis plectendus erit appelle-  
lans, & sine processus, cum  
iniuria sit, sequitur Rugin.  
d.c. 4. nu. 9. de quo Farinac.  
in praxi criminal. 1. patt.  
quest. 17 num. 45. Catdin.  
Tusch. practic. cōclus. tom.  
4. conclus. 402. liter. f. &  
alijs citati à Barbos in remis-  
sion, ad ord. lib 5. titul. 50.

# Director.aduocat. & de preuileg. eor.

In princip. Sciendum verò est, iniuriam in casu isto nō censeri, ex eo quod appellās eius, ne patronus dicat, sententiam iudicis iniquam esse, & iniustum: sed si dicatur dolose iudicē ita iudicasse, per fōrtes, scilicet aut aliás corruptum, vel amicitia notum, aut corruptū, ita Paul. d. l illud in fin.

4. Quod est obseruandum ad leg. nostras patrias quæ conuictiores iudicūt punitūt, diūt simodē statuerūt inter eum qui conuictiāt iudici super re ad munus illius pertinente, & qui super alijs, quæ ad munus illius non pertinent tanquā priuato cui libet cōuictiāt, quod in dubio præsumitūt, ut ex Bernard. Graux. ad practic. camet. Imp. lib. 1. conclus. 39. num. 5. tradit Barbos. ad ord. Reg. lib. 5. titul. 50. in princip. num. 4. in primo enim casu statuit ord. d. titul. 50. in princip. ut index ipse offensus arbitratia pœna pro personarū atque conuictij qualitate cōuiciatorem puniat, quod cōuenit cū Pauli traditione

in d. l. illud. quod tamen nō procedit, quando in loco conuictij adest iudex alius superior; tunc enim punitio pertinet ad eum, ut in ord. d. titul. 50. §. 1. Nunquam tamem iniuriæ causa reputabitur, dixisse quempia iniquā esse iudicis sententiā, nisi dolose ita iudicasse assueret, iuxta Paul. sententiā in d. l. illud, cui cōuenit ord. nostra d. titul. 50. §. final. ibi, ou que fez malicioſamente algum erro em seu officio.

5. In altero verò casu de quo loquitur eadem ord. in § 3 non committit lex iudi ci offenso iniuriæ sibi illatæ punitiōnem, permittit verò se iniuriāntem, quando ita grauis iniuria sit, incarcerem detrudere, aliás re ad principem delata, corā illo comparete, præcepit delinquenti. Videtur autem lex, in casu isto dutius frægrare delinquentem dum iudici permittit à captura incipere, cuius non meminit ad præced. item casum, in quo ex natura maius committitur delictum, striciori idcirco censura animaduerſendum,

tendum, propter honoris-  
cum officij ministerium, in  
quo iudex offensus fuit. Qua-  
re, cū iudicio pensanda est  
lex, quæ in §. precedentibus  
in quibus loquitur de iniuri-  
a muneris ministeriū res-  
piciente alternatiū loqui-  
tur in iniuria factō, aut ver-  
bis illata, sicut & in prin-  
cip. vbi, & in d. §. 1 & 2. eun-  
dem semper dispositionis te-  
norem obseruat; at vero in  
d. §. 3 vbi agit de iniuria,  
iudicis officium non attin-  
gente, stilo alio utitur lex,  
nō enim alternatiū loqui-  
tur in iniuria factā simplici-  
ter loquitur, quasi ita, ad ca-  
sum de quo ibi non verba  
lem, sed realem solummo-  
do offendit, attendi velit,  
id est, non quæ solo verbo,  
sed quæ factō iudicem læ-  
dit, vt si grauis sit iudex ip-  
se offensus offendentem se  
capere, & carceribus man-  
cipare possit, si minus, ad  
principem remittat, pro rei  
qualitate punitutum.

6. Ex quo ad priorem le-  
gis casum obseruandum est,  
quod & in illo eadem cap-  
tivæ facultate index uti po-

terit, quādo iniuria illi irro-  
gata, facti iniuria sit, & gra-  
uis: quanvis enim in casu  
illo captivæ lex non memi-  
nisset, videtur tamen, quod  
ā mente illius aliena non  
sit, quādo factæ offenditæ gra-  
uitas id expostuleret, vt in po-  
steriori legis casu, qui datis  
paribus terminis delinuen-  
tem non ita onerat, per cō-  
trarium vero, nec in priori,  
nec in posteriori legis casu,  
propter iniuriosa verba iu-  
dicii dicta, quanvis illū gra-  
uiter lēdant, à personæ cap-  
tura incipere poterit iudex;  
quia verba legis de personæ  
captura, non ad dictam iu-  
dicii iniuriā ditiguntur in  
d. §. 3. facta autem iniuria  
ibi illa intelligitur, quæ in  
iniurioso factō interrogatur, &  
non quæ contumeliosis dū  
taxat verbis proficitur; hæc  
namquæ, in lege nostra iniuriā  
dicta appellatur, vt alterna-  
tiua oratio sepe repe-  
rita in princip. & duobus §.  
§. sequentibus, & illud. Qui  
bus vltimō additur iniuriā  
aduocato illatam sui mane-  
ris causa non pertinere ad  
casum leg. Regiae d. titul. 50.

# Director aduocat. & de priuileg. eor.

§. 4. ut ex c<sup>a</sup>bed. decis. 214.  
nu. 5. i. part. tradit' Barbos.  
ad ord. Reg. ibi, erit tamen  
cuiuscmodi iniutia, ut mul-  
tum atroc<sup>x</sup> estimanda, ratio-  
ne officij, & personæ & gra-  
dus, ut dixit Cabed. d. nu. 5.  
in fin.

## C A P. XIII.

### S V M M A R I A.

1. Aduocati militibus compa-  
rantur in iure, non tamen  
arma portant.
2. Filius famil. aduocatus in  
ijsqua aduocationis ministe-  
rio acquirit, quasi castrensis  
peculis priuilegij fruitur.
3. Aduocatus pro debito ex ci-  
uili causa cōtracto nō tene-  
tur ultra quā facere potest,  
sicut nec miles, nec clericus.  
Militum priuilegia que illis cō-  
